

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber secundus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TULLII CICERONIS
DE
FINIBUS
BONORUM ET MALORUM,
AD
BRUTUM,
LIBER SECVNDVS,
SYNOPSIS.

a. ad o. Hæc cum Torquatus pro Epicuro dixisset, Tom Cicero, Epicurum de voluptate, qua propriis Græci *hêdonê*, differrentem in eo peccasse quod voluptatem non definiit. Aristippo voluptatem dici iucundum motum, quo sensus hilarentur: Hieronymo Rhodio, nihil dolere, & sine ulla molestia vivere. Ex utraque sententia voluptatem defini posse, vacuitatem dolorum cum iucunditate seu voluptate. Dicit enim & diversas res esse, sine dolore esse, & cum voluptate esse, pp. qq. r. Epicurum absurde dicere luxuriosos non esse reprehendendos, si sapientes sint: Nam si ita sint, parricida haud erunt reprehendendi, si nec cupidi erunt, si non metuant Deos, mortem, dolorem, Luxuriosos qui dem canere libenter, at non bene: voluptatem enim sciendum esse à bono. Errare quoque in eo Epicurum, quia cupiditates in tria genera (naturales scilicet & necessarias: naturales non necessarias: neque naturales neque necessarias) dividat: cum ita dividere oportuerit, primum in naturales & inanes: deinde Naturales in necessarias & non necessarias. Falli quoque in eo, quod cupiditates sibi putat: hoc est, in cupiditatibus, qua vitiosa sunt, mediocritatem quandam posse ad se existimas, quod non dolendi statum, & voluptatem paria esse putat, quod à primo animantium oritur, & iudicium summi boni. Natura non movet infantem ut voluptatem expectet, sed ut se sui que partes, hoc est, corpus & animum dirigat, inque cognoscere discernat ea qua prima data sunt natura, & que appetat. Ab isto capite fluere omnem rationem bonorum & malorum. Idque Aristoteli & Polemoni comprobari. Nam Academicus & Peripateticus summum bonum, secundum naturam vivere, id est virtute ahibita sibi primum à natura datum: Calliphoni, virtutem & voluptatem Diodoro, virtutem & simul vacuitatem dolorum. Aristippo simplicem voluptatem, Carneadi sibi principium naturalibus, Hieronymo non dolere, Zenoni honestatem. Epicurum in eo quoque errare, quod sensibus dicas iudicari voluptatem bonum esse: dolorem, malum: hoc est, quod sensibus non iudicio, mente & ratione aut iudicari summum bonum quod voluptatis satellites & ministras faciat. Aristippum, male in ea dulcedine, qua maxime sensum moveat summum bonum, ponere: Hieronymum in non dolere Carniadem in primum natura boni: Calliphonem in virtute & voluptate: Diodorum in virtute & vacuitate dolorum, sed nec Aristonem, Pyrrhonem, Academicos, de summo bono recte sentire, quod Epicurus in voluptate & indolentia constituit: cuique, quod mirum, parvopuli maxima etiam faveat. Contra summum bonum in honesto positum esse, id est eo quod detracta eorum utilitate sine ulli primum per se ipsum posse iure laudari, cuius causa multi multa faciunt, non aliam ob causam, quam quia decet, & rectum est & honestum. Honestum formam in eo cerni, quod homo mente praeclusus sit, que acris, vixens & celeriter multa simul agitas sagax, causas, confectiones, similitudines, diiuncta & futura rerum certum, & inter se coniungens: qua hominem iustum, id est hominis appetentem sociumque prudentem, id est, cupidum viri iucundum, forem, hoc est impotentem magis quam parentem, hoc est, omnia humana tolerabilem, in via, alie & excelis ducentem, nihil timentem, nemini cedentem, & semper in virtutum, temperantem, hoc est, moderatum in dictis & actis efficiat. Honestum ita vere depingi posse, contra quam Epicurus, qui honestum in eo quod populari fama gloriosum est, ponat, quod quoque experit propter voluptatem putat. Inepti cum honesto aliunde, hoc est non vulgi iudicio, sed ex se pendat: quod est igno-are hominis, vel obtulerent, pulchritudine sua tamen, spectareque esse laudabile. Quod quod alibi sentiat, iucunde non posse vivi, nisi honeste, sapienter, & iuste vivatur: callidus: Nam hoc sequetur, pericula advenia voluptati non honestati causa, voluptatis, hoc est lucri & commodi causa fidei commissura quem negare posse, atque ita iustitia: sed à temperantia, fortitudine (multis tamen fortissimis adversus dolorem pugnavit, in his M. Attilium Regulum: Lucetianum, L. Virginium, Græcos permutatos: Socrates & Peripateticos pro honesto ad varias voluptatem differere. Eos qui magistratum invidiosam, voluptatem Epicuream ad populum vel in senatu non ostentare, sed honestatem, recta denique omnia) amicitia denique omni desistere, qui enim vere amicus dici possit, quem non ipsam amet propter ipsum? Errare & in eo Epicurum, quod cum summum bonum in voluptate ponat, summum aliquid bonum esse ducimus, quod à rebus externis & fortuna pendeat, stant: summum illud bonum sensu non ratione iudicari sentiat: vel in minimis rebus edulces, putes nasturtia, & similibus voluptarii, ut & in vita que metum summi mali & dolorum habent: Epicurum epistola ad Hermaetum, multa de dolore, ut & in suo testamento de morte multa inepte posuisse, ut qui negat mortem ad nos pertinere, & tamen testamento caveat de die sua natali ab heredibus agendo, & epulæ memoriaque ejus colenda: qui dicat bona præterita non esse fluere sapienti, mala meminisse non oportere. Omnes animi & voluptates & dolores pertinere: majorem esse voluptatem animi quam corporis. Quærendum igitur aliud summum bonum à voluptate, quod homini cum brutis non sit commune, à aliis hominem, quam ad voluptatem natum esse, id que primum ex animo ipsius hominis, per se, in quo memoria præteriti, futuri conjectura, & quasi divinatione, hoc est prudentia, pudor cupiditatis moderatio, id est temperantia: iustitia denique & fortitudo inest. Superiora quoque elucere in sensibus homini, qui voluptati multa præferat, putat, vires, valetudinem, velocitatem, pulchritudinem, summum bonum in animo versari, cui quædam castitas & divinum est.

Turpe esse, summum bonum in voluptate collocare, & in ea versari dies, noctesque nullo intervallo interjecto, cum summi viri, imò & philo-
sophi artes non ad voluptatem verba ferunt, cum voluptas ratione & consilio, non cupiditate, qua animi levisima pars est, sit dispu-
tanda: cum Epicuri doctrina vera sit, id ipsi beati esse non possint, ut qui incorporei, corporei, hoc est, Epicurei voluptatibus a se iunguntur.
Mortuos ad portam, adolecentes quos commendavimus, non à voluptate commendari: voluptate beneficium, gratiam, virtutem omnem illi.
Nullum esse qui non malis Hercules haberi cum malis & doloribus multis, quam Epicurus cum multis voluptatibus. 55. ad tr. Hu dicitur
factus est finis ambulandi & disputandi.



Te cum uterque me intueretur, seseque ad audiendum significarent paratos: primum, inquam, deprecor, ne me, tanquam philosophum, putetis scholam vobis aliquam explicaturum: quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere unquam probavi. quando enim Socrates, qui patens philosophi iure dici potest, quidquam tale fecit? eorum erat iste mos, qui tum sophistæ nominabantur: quorum è numero primus est aulus Leontinus Georgias in conventu *postera quaestione*, id est, jubere dicere, quod de re quis vellet audire. Audax negotium; dicerem impudens, nisi hoc institutum postea translatum ad philosophos nostrorum esset. Sed & illum, quem nominavi, & ceteros sophistas, ut è Platone intelligi potest, lufos videmus à Socrate. is enim percunctando, atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum dissererebat, ut ad ea, quæ iam respondissent, si quid videretur, diceret, qui mos cum à posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum revocavit: instituitque, ut si, qui se audire vellent, non de se quaerent, sed ipsi dicerent, quid sentirent, quod cum dixissent, ille contra, sed qui audiebant, quoad poterant, defendebant sententiam suam. Apud ceteros autem philosophos, qui quævis aliquid, tacet, quod quidem iam fit etiam in Academia. Ubi enim is, qui audire vult, ita dixit, VOLUPTAS MIHI VIDETUR ESSE SUMMUM BONUM: perpetua oratione contra disputatur: ut facile intelligi possit, eos, qui aliquid sibi videtur dicant, non ipsos in ea sententia esse, audire velle contraria. Nos commodius agimus. non enim solum Torquatus dixit, quid sentiret, sed etiam cur: ego autem arbitror, quamquam admodum delectatus sum ejus oratione perpetua, tamen commodius, cum in rebus linguis infortis, & intelligas, quid quisque concedat, quid abnuat, ex rebus concessis concludi quid velis, & ad exitum perveniri. cum enim fertur, quasi torrens: oratio, quamvis multa cuiusque modi rapiat: nihil tamen teneas. nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas. omnis autem in quaerendo, quæ via quadam, & ratione habeatur, oratio, præscribere primum debet, (ut quibusdam in formulis, *HAES AGATUR*,) ut, inter quos disseritur, conveniat, quid sit id, de quo disseratur. Hoc positum in Phædro à Platone probavit Epicurus: sensitque *in omni disputatione* id fieri oportere. sed quod proximum fuit, non vidit. negat enim *desuper rem* placere: sine quo fieri interdum non potest, ut inter eos, qui ambigunt, conveniat, quid sit id, de quo agatur: velut in hoc ipso, de quo nunc disputamus, quæritur enim FINEM BONORUM: possumusne scire, hoc, quale sit, nisi contulerimus inter nos, cum finem bonorum dixerimus, quid finis, quid etiam sit ipsum bonum?

Atqui hæc patefactio quasi rerum operatarum, cum quid quidque sit, aperitur, definitio est: qua te etiam imprudens utebare nonnumquam. nam hunc ipsum sive FINEM, sive extremum, sive ultimum definiebas id esse, quo omnia, quæ recta fierent, referrentur, neque id ipsum usquam referretur. Præclare hoc quidem: BONUM ipsum etiam quid esset, fortasse, si opus fuisset, definitio: aut, quod esset natura appetendum: aut, quod prodesset: aut, quod juvaret: aut quod liberet à modo. nunc idem (nisi molestum est) quoniam tibi non omnino displicet definire, & id facis cum vis, velim definias: quid sit VOLUPTAS: de quo omnis hæc quaestio est. (b) Quasi quis, inquit, sit, qui quid sit voluptas, nesciat: aut qui, quo magis id intelligat, definitionem aliquam desideret. (c) Me ipsum esse dicerem, inquam, nisi mihi videretur habere bene cognitam voluptatem, & satis firmè conceptam animo, atque comprehensam. nunc autem dico, ipsum Epicurum nescire, & in eo putare: eumque qui tribo dicat, diligenter operari exprime, quæ res subjecta sit vocibus, non intelligere interdum, quid sonet hæc vox voluptatis, quid est, quæ res huic voci subiciatur. (d) Tunc illeridens, Hoc verò, inquit, optimum, et is, qui finem rerum expetendum, voluptatem esse dicat, id extremum; id ultimum bonorum, id ipsum quid sit, quale sit, nesciat. (e) Atqui, inquam, aut Epicurus, quid sit voluptas: aut omnes mortales, qui ubique sunt, nesciunt. (f) Quoniam, inquit, modo? Quia voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens, movetur, & iucunditate quadam perfunditur. (g) Quid ergo, istam voluptatem, inquit, Epicurus ignorat? (h) Non semper inquam, nam interdum nimis etiam novit, quippe qui testificetur, ne intelligere quidem se posse, ubi sit, aut quid sit illum bonum, præter illud, quod cibo, aut potione, & mirum delectatione, & obscena voluptate capiatur. An hæc ab eo non dicuntur? (i) Quasi verò me pudeat, inquit, istorum, aut non possim, quemadmodum ea dicantur ostendere. (k) Ego verò non dubito, inquam, quin facile possis: nec est, & quod te pudeat sapientis assensum, qui se unus, quod sciam sapientem profiteri sit ausus. non Metrodorum non putant ipsum professum: sed cum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium voluisse. Septem autem illi, non suo, sed popularium suffragio nominati sunt. Verum hoc loco sumo, verbis his eandem certè vim voluptatis Epicurum nosse, quam ceteros, omnes enim iucundum motum, quo sensus hilaretur, Græcè ἡδύτης, Latine voluptatem vocant. (l) Quid est igitur, inquit, quod requiras? (m) Dicam inquam, & quidem discendi causa magis, quam quo te, aut Epicurum reprehensum velim. (n) Ego quoque, inquit, didicerim libentius, si quid attuleris, quam te reprehenderim. (o) Tenesne igitur, inquam, Hieronymus & hodie quod dicat esse summum

Y y 3

2. *U* *Uterque* dicitur *formula* HAES AGATUR. Expressi quod erat in Pal. pr. videbaturque etiam fuisse in feci. nam tres alii agatur, quæ, verò agitur, quomodo legi volebat Turn. in Advers. c. 17. neque verò sine quin hec in introducat, dum modo cohererem eodem plane redire, hoc illo modo legamus.
1. *Medi*, nunc idem, & verum dicitur. Obsecro sem rursus majestati membrarum Pal. quod ad vocem, nam distinctio est Pauli Manut. Vult enim: *Medi* idem, & verum dicitur.
3. *Quis* quis, inquit, sit. Locus forte non satis sanus Pal. enim quinque inquit sit verò quæ quæ inquit est. punctisque lobducta syllabæ sitanquam supervacua: ut legi voluerit, *Quis* quæ, inquit, sit, &c. per interrogationem Vici. expressi, *Quis* quæ sit inquit, qui. media lectio videri optima.
4. *Id est* quæ res huic subiciatur. Verba isthæc omnia pro spurilis habet Petr. Faber l. 21. Semestrium c. 24. & verò non admodum faciunt ad rem: sed tamen non omnino hoc loco sunt super vacuæ: ubi, quæritur

dit ad verbarius, & inculcat eadem aliis aliisque verbis.
5. *Id ipsum* quid sit, quale sit, nesciat. Et illud arguit ceu minus parum Pal. pr. in quod ipsum quæ dem quæ sit, nesciat. Prob.
6. *Quid* ergo, istam voluptatem, inquit, Epicurus ignorat. Ita voces collocavit exemplar Pal. rectè meo iudicio.
7. *Quasi* verò me pudeat, &c. Adjecti verbum verò ex Pal. tanquam non parum efficace.
8. *Quid* te pudeat sapientis assensum, qui se unus, &c. Vox sapientis non est in Pal. pr. nisi à manu longè recentiori, & poterat fortan abesse, si ejus loco substitueretur, et.
9. *Metrodorum* non putant ipsum professum. Malim quod est in Pal. pr. non putat, quod & in aliorum libris inventum indicat ergo editionis Lamb.
10. *Quis* sensus hilaretur. Sic proxime Pal. pr. nempe hilaretur. nam ceteri omnes hilant. Non stat à nostro illo, quem Vich. editio, nam potest forte nihil inique.

mum bonum, quò putet omnia referri oportere? (p) Te neo, inquit, finem illi videri, nihil volere. (q) Quid idem iste de voluptate quid sentit? (r) negat esse eam, inquit, propter seipsam expectandam. (s) Aliud igitur esse censet gaudere, aliud non dolere. (t) Et quidem inquit, vehementer errat. nam, ut paulo ante docui, augendæ voluptatis finis est, doloris omnis emotio. (u) Non dolere, inquam, istud quam vim habeat, postea videro: aliam verò vim voluptatis esse, allam nihil dolendi, nisi valde pertinax fueris, concedas necesse est. (x) At qui reperit, inquit, in hoc quidem pertinacem. dici enim nihil potest verius. (y) Estne quælo, inquam, si tibi in bibendo voluptas? (z) Quis istud, inquit, potest negare. (aa) Eademne, inquam, quæ restincta sitis? (bb) Immodò alio genere, restincta enim sitis, stabilitatem voluptatis habet, inquit; illa autem voluptas ipsius restinctionis, in motu est. (cc) Cur igitur, inquam, restam dissimilem eodem nomine appellas? (dd) Quid paulo ante, inquit, dixim, nonne meministi, cum omnis dolor detractus esset, variari, non augeri voluptatem? (ee) Memini verò, inquam, sed tu istud dixi bene Latine, parum planè. *variatus enim latinum verbum est, idque propriè quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transferitur in multa disparia. variatum poema, varia oratio, variis moribus, varia fortuna: voluptas varia etiam dici solet, cum percipitur ex multis dissimilibus rebus, & dissimilem efficiuntibus voluptates. Eam si varietatem diceret, intelligerem, ut, etiam non dicente te, intelligo. ista varietas quæ sit, non satis percipio, quod ais, cum dolore careamus, tum in summa voluptate nos esse: cum autem vesicamur his rebus, quæ dulcem motum afferant sensibus, tum esse in motu voluptatem, quæ faciat varietatem voluptatum: sed non augeri illam non dolendi voluptatem, quam cur voluptatem appelles, nescio. (ff) An potest, inquit ille, quidquam esse sua vius quàm nihil dolere? (gg) Immodò sit sanè nihil melius, inquam (non dum enim id quæro) num propterea idem voluptas est, quod (ut ita dicam) indolentia? (hh) Planè idem, inquit, & maxima quidem, qua fieri nulla maior potest. (ii) Quid dubitas igitur, inquam, summo bono à te ita constituto, ut id totum in non dolendo sit, id tenere unum, id tueri, id defendere? quid enim necesse est, tamquam meretricem in matrimonium accipere, sic voluptatem in virtutum consilium & ad dicere? invidiosum nomen est, infame, suspectum. Itaque hoc frequenter dici solet à vobis, non intelligere nos, quam dicat Epicurus voluptatem. Quod quidem mihi si quando dictum est: est autem dictam non parum sæpe: etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subtrahi. egone non intelligo, quid sit *ἡδονή* Græcè, Latine voluptas? utram tandem linguam nescio? deinde, qui sit, ut ego nesciam, sciant omnes, quicumque Epicuri esse voluerunt? quod vestri quidem vel optimè disputant, nihil opus esse, eum, qui philosophus futurus sit, scire litteras.*

Itaque, ut majores nostri & ab avaro abduxerunt Cincinatum illum, ut dictator esset: sic vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed ceterò non pereruditos. Ergo illi intelligunt, quid Epicurus dicat, ego non intelligo? Ut scias me intelligere, primùm idem esse voluptatem dico, quod ille *ἡδονή*. & quidem sæpe quaerimus verbum Latinum par Græco, & quod idem valeat: hic nihil fuit, quod quaeremus. nullum inventiri potest, quod magis idem declaret Latine, quod Græcè, quam declarat voluptas. huic verbo omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt, duas res subiiciunt, *lætitiã in animo, commotionem suavem suavisitatis in corpore*. nam & ille apud Trabeam, voluptatem animi nimiam, *lætitiã* dicit, eandem, quam ille Cæcilianus, qui omnibus *lætitiã esse se lætitiã* narrat. sed hoc interest, quod voluptas dicitur etiam in animo vitiosa res, ut Stoici putant; qui eam sic definiunt: *Sublatiõnem animi sine ratione, opinatiõis se magna benefiã*: non dicitur lætitiã, nec gaudium in corpore. in eo autem voluptas, omnium Latine loquentium more, ponitur, cum percipitur ea, quæ sensum aliquem moveat, jucunditas. hanc quoque jucunditatem, si vis, etiam in animum: juvare enim in utroque dicitur, ex eoque jucundum: modò intelligas, inter illum, qui dicat.

Tanta lætitiã auctus sum, ut mihi non constaret: & eum, qui,

Nunc darum mihi animus ardet: quorum alter lætitiã gessit, alter dolore cruciatur: esse illum medium,

*Quamquam hoc inter nos nuper nortia admodum est, qui nec lætetur, nec angatur: itemque inter eum, qui potitur expetit corporis voluptatibus, & eum, qui cruciatur summis doloribus, esse eum, qui utroque carcat, Satisne igitur videor vim verborum tenere? an sum etiam nunc vel Græcè loqui, vel Latine docendum? & tamen vide, ne, si ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, eum Græcè, ut videor, luculenter sciam, sit aliqua culpa ejus, qui ita loquatur, ut non intelligatur. quod duobus modis sine reprehensione fit: si aut *de industria* facias, ut Heraclius, cognomento qui *ἄσπιδος* perhibetur, quia de nequis nimis oblitus memoravit: aut cum *terram obscuritatis* non verborum, facit, ut non intelligatur oratio: qualis est in Timæo Platonis. Epicurus autem, ut opinor, nec non valet, si possit, planè, & aperte loqui: nec de re obscura, ut physici; aut artificiosa, ut mathematici, sed de illustri, & facili, etiam in vulgus pervulgata, loquitur. Quamquam non negatis nos intelligere, quid sit voluptas, sed quid ille dicat, esse quo efficiatur, non ut nos non intelligamus, quæ vis sit istius verbi, sed ut ille suo more loquatur, nostrum negligat: si enim idem dicit quod Hieronymus, qui censet *summum bonum esse, sine ulla molestia vivere*: cur mavult dicere voluptatem, quam vacantiam doloris? utile facit, qui, quid dicat, intelligi? Sin autè voluptatem putat; dicat adjuvenda eam, quæ sit in motu: (sic enim appellat*

1. Non dolere inquam istud. Est à Vi. & Pal. primo. nam ceteri, cum non dolere edidit olim, Tum non dolere, ex quo sinit Lamb. Tum non dolere, arguit: sed propter mss.
 2. Iste dicitur. Et hoc est à Vi. & Pal. neque aliter Pal. pr. non ut publica. *istud dicitur*, quamvis leviculum sit, tamen monendum erat.
 3. Dissimilem efficiuntibus voluptatibus. Secutus sum & heic Palat. primum tanto quidem promissus, quod Lamb. inueneret ita quoque fuisse in aliquot suis vulgè *dissimiliter*.
 4. Indolentia. Inveni istud in omnibus Pall. etiam primo illo optimi commentis, ideoque vix admiserim aliorum *indolentia* planè analogum, qui quid dicat Sidonius.
 5. Ad dicere, invidiosum nomen est. Et infamia suspectum. Reddi exlo scripturam Pal. pr. vulg. enim: *ad dicere? sed fuit dicitur, invidiosum nomen est, Et infamia suspectum*; quomodo etiam reliqui Pall. nisi quod tert. dicitur præterea, *infamia suspectum*. Vi. & edidit, *ad dicere? sed invidiosum nomen est. Et infamia suspectum*, quod produxit auctoris sanè genuinum est; nisi quod forte *subjectionem* cedere non debeat illi *suspectum*, de quo viderint cordatores.

6. Ab avaro abduxerunt. Pall. meliores adduxerunt. sed in eo parum situm est illos aliquantulum in illo quod sequitur de pelasgis, quod egregie interpretatus est lib. t. Var. lect. c. 10. Vi. sed nullus Pal. agnosce eam scripturam, habentque tres *pelasgi*, tresque *plagus*; inter quos etiam est ille primus. itaque accedo eorum conjecturæ Turn. legenti de *plagus*, quamvis ipse magis inclinaret in *pagu* & deatur l. v. Adverf. c. 3.
 7. Non ut non non intelligamus. Lamb. editiones excludunt alterom non, quod in Vi. aliqueitem Pal. pr. nam tres alii sequuntur: *non. quomodo & editus ab Aldo avo; duo reliqui utrumque, & non & non.*
 8. Sin autem voluptatem putat; dicat adjuvenda eam quæ sit in motu. Ita Pal. pr. neque aliter Vi. ed. quàm quod: *piã sit prox. me accedone ad hanc lect. onem Pall. ceteri, in quibus ferè, *putat, citus adjuvenda eam quæ sit in motu. Aidovavit & vulg. d. ut adjuvenda ad illam, quæ in motu sit. Gul. annotavit; legemur si non vel iura tam delperatis non me immittico. Scal. libro suo adscriptis: *piã voluptatem putat; dicat adjuvenda eam, quæ sit in motu, & quæ sit in motu.***

pellat hanc dulcem, in motu, illam nihil dolentis, in stabilitate:) : quid tendit; cum efficere non possit ut cuiquam, qui ipse notus sibi sit, hoc est, qui suam naturam, censumque perspexerit, vacuitas doloris, & voluptas idem esse videatur? hoc est *utro asserit*. Torquate, *sepius*: extorquere ex animis & cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. Quis enim est, qui non videat, hanc esse in natura rerum tria? unum, cum in voluptate sumus: alterum, cum in dolore: tertium hoc, in quo nunc quidem sumus. & credo idem vos nec in dolore, nec in voluptate; ut in voluptate sit, qui epuletur; in dolore, qui torquetur. Tu autem inter hæc, tantam multitudinem hominum interjectam non vides, nec latantium, nec dolentium? (kk) Non, prolixus, inquit. & omnesque, qui sine dolore sint, in voluptate, & ea quidem summa, esse dico. (ll) Ergo IN EADEM voluptate eum, qui alteri miteat multam, ipse non sitiens, & eum, qui illud sitiens, bibit? (mm) Tum ille, finem, inquit, interrogandi, si videtur: quod quidem ego à principio ita me male dixeram, hoc ipsum providens, *dialecticæ captiones*. (nn) Rhetoricè igitur, inquam, nos mavis, quam dialecticè disputare? (oo) Quasi vero, inquit, perpetua oratio, rhetorum solum, non etiam philosophorum sit. (pp) Zenonis est, inquam, hoc Stoici. omnem vim loquenti, ut patet ante Aristoteles, in duas; tributam esse partem; *rhetoricam*, palmæ; *dialecticam*, pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Obsequar igitur voluntati tuæ: dicamque, si poterò, rhetoricè, sed hæc rhetorica philosophorum, non nostra illa forensis: quam necesse est, & cum populariter loquatur, esse interdum paulo hebetiorem, sed dum dialecticam, Torquate, contemnit Epicurus, quæ una continet *omnem & perspicuam, quæ in quoque re sit, sensum, & iudicium, quæ quidque sit, & ratione, ac via disputandi: ruit in dicendo, ut mihi quidem videtur, & nec ea, quæ docete vult, ulla arte distinguit, ut hæc ipsa, quæ modò loquebamur. Summum a vobis bonum voluptas dicitur, speritendum est igitur, quid sit voluptas, aliter enim explicari, quod quæritur, non potest. quam si explicavisset, & non tam hæsitaret, aut enim eam voluptatem iureretur, quam Aristippus, id est, quæ sensus dulciter, ac jucunde movetur: quam etiam pecudes, si loqui possent, appellerent voluptatem: aut, si magis placeret suo more loqui, quam ut*

Omnes Divas, & aut Myconenses, Astica pulvis,
reliquique Græci, qui hoc anapæsto citantur: hoc non dolera solum voluptatis nomine appellaret, illud Aristippum contemneret: aut, si utrumque probaret, aut probat conjungere doloris vacuitatem cum voluptate & duobus ultimis uteretur. multi enim, & magni philosophi hæc ultima bonorum juncta secerunt, ut Aristoteles, qui *virtutis usum cum vita perfecta prosperitate conjungit*. Callippo adjunxit

ad honestatem, voluptatem; Diodorus ad eandem honestatem addidit vacuitatem doloris, idem fecisset Epicurus, si sententiam hanc, quæ nunc Hieronymi est, conjunxisset cum Aristippi veteri sententia, illi enim inter se dissentiant; propterea singulis finibus utuntur: & cum uterque Græcè egregie loquatur; nec Aristippus, qui voluptatem summum bonum dicit, in voluptate ponit non dolere, neque Hieronymus, qui summum bonum statuit non dolere, voluptatis nomine unquam utitur, pro illa indolentia: quippe qui *ne in expectando quidem rebus numeret voluptatem*. Dux sunt enim res quoque, ne tu verba solum putes, unum est, sine dolore esse: alterum, cum voluptate. vos ex his tam dissimilibus rebus non modò nomen unum (nam id facilius pateret) sed etiam rem unam ex duabus facere conamini. quod fieri nullo modo potest. Hic, qui utramque probat, ambobus debuit uti, ut sicut facit re, neque tamen divitiis verbis, cum enim exemplam voluptatem, quam eodem nomine omnes appellamus, laudat locis plurimis, audeat dicere, ne suspicari quidem se illum bonum se junctum ab illo Aristippo genere voluptatis: atque ibi hoc dicit, ubi omnis ejus est oratio de summo bono. In alio verò libro, in quo breviter comprehendis gravissimas sententias, quasi ORACULA edidisse SAPIENTIAE dicitur, scribit his verbis: quæ nota tibi proreco, Torquate, sunt, quis enim vestrum non edidit Epicurus *ut voluptas dicitur*, id est, quasi maximè raris & gravissimis sunt ad beatè vivendum breviter enunciata sententia. animadvertite igitur, recte hanc sententiam interpretet *SAPIENTIA*, quæ sunt luxuriosus efficiens: ita voluptatum, liberarent eos deorum, & mortis, & doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum: 12 nihil haberemus: cum undique completerent voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens, aut ægrum, 13 id est autem malum. (qq) Hoc loco se tenere Triarius non potuit. Obsecro, inquit, Torquate, hæc dicit Epicurus: quod mihi quidem visus est, cum sciret, velle tamen contentum audite Torquatum. (rr) At ille non pertimuit, saneque fidenter, istis quidem ipsis verbis, inquit: sed quid lentat, non videtis. (ss) *Sic aliam sentit, inquam, alia loquitur: namquam intelligam, quid sentiat?* 14 sed pl. vè dicit, quod intelligam, idque si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint, dicit absurdè: 15 similiter & si dicat non reprehendendos patricios, si nec cupidi sint, nec deos metuant, nec motem, nec dolorem. & tamen, quid atinet luxuriosus illum exceptionem dari, aut fingere aliquos, qui, cum luxuriosè viverent, a summo philosopho non reprehenderentur eo nomine, duntaxat cetera caverent? Sed tamen nonne reprehenderet, Epicure, luxuriosos ob eam ipsam causam, quod ita viverent, ut persequerentur cuiusquemodì voluptates: cum esset præsertim, ut ait tu, summus voluptas nihil dolere? Atque reperiemus a fortis, rimum ita non

Yyy 4

1. *Quid tendit.* Non aliter Pal. pr. aut reliqui quinque, ac auxilium quis speret à nobis Scal. lib suo adici. sic tendit.
2. *Captiones verum.* Ita lect. o. vulgata. neque aliter Pal. quint. aut sex: verum priores quatuor & Scal. plane exhibent, *captiones verum*. Fulv. promittit suo *rationem*.
3. *Credo idem vos nec in dolore nec in voluptate in voluptate.* Sic fore Pall. sex rotundius multo, quam hæctenus publicati.
4. *Omnesque, qui sine dolore, etc.* Sic idem misl. Aliter Lamb. sed ex superfluo. Gul. in Plauti Stich. conjiciebat, *omnes qui sine dolore, non etiam necessario*.
5. *Tributum esse partem rhetoricæ, etc.* Ejeci vocem *dicere* quæ hæctenus obfederat locum. adulterium fuisse, arguit Pal. pr. potioraque adhuc tolli verbum *esse*.
6. *Cum populariter loquatur.* Lectio vulgata, loquatur, sed altera exhar. in Pall. omni. nec reject. Vact.
7. *Nec ea quæ dicitur, ulla arte distinguit.*] Insuper quoque est à Pal. pr. quod admittit sed confidens, quod sic quoque edidisset Lambin. adscriptamque habet: amicus noster Scaliger: is tamen *dicere* publicati prius: quæ dicit, *quæ ulla arte distinguit*.
8. *Novam hæc dicit.*] Vetus liber Scal. *astutus* & sic sanè locus in in Versucap. pro Flacco.

9. *Aut Myconenses.* Sic Pall. omnes, & vulg. Turn. l. tit. 19. emendat verus causa, *etque Myconenses*. & ita vocat Scal.
10. *Sicut fuerit, neque tam diu dicitur verbum.*] Expressi quod erat in pal. pr. autem sic conjec. sic quosdam liquet ex notis Lamb. pr. ut iegobatur, *fieri fuerit, neque tam diu dicitur verbum*.
11. *Id est quasi maximè raris.*] Vocem *quasi* adijcere libet ex pal. primo: alioquin non admodum refrager. Lamb. astutiam locum: siud alienum quin imò ejusdem plane farinæ adhuc mihi videtur novem verba postloquencia.
12. *Nihil haberemus, quod audire.*] Sic tres pall. neque aliter Vich. ed. pri. or enim & postiores, *quod habet*, quod *reprobandum*, *eam*, quæ tamen in nulla pal. sed soloni habet.
13. *Id est autem malum.*] Est à Pal. primo. vulgati antehac, *id est autem malum*, nulla sententia venohato.
14. *Sed plane dicitur, etc.*] pal. pr. intelligit. reliqui intelligam.
15. *Sicut ter & p. dicit.*] Nihil variant pall. nisi quod text. *eriam* p. Turn. l. xxviii. c. 34. ait per se emendandum *similiter* ac *si dicit*. in alim ego *similiter* ut deprehendi enim sepe delecti ut in Et. ut ecce in fra cap. x. ubi est *similiter* ut *erum* est *animalis* & *sepius* & *mb.* aliquot simul & *erum*, etc. idem Turn. mox pauloque post dicitur *ac cetera* *cavere* *etiam* *valere*, *quod cetera* *ad verum*, *quæ dicitur* *etiam* *cavere* *etiam* *valere*.

religiosos, & *Uedant de patella*: deinde ita mortem non timementis, ut illud in ore habeant ex Hymnide:

Milia sex menses fati sunt vita: septimum Orco spondeo.
sem doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam & de narthecio promant: si gravis, brevis: si longus, levis. unum nescio, quo modo possit, si luxuriosus sit, finitas cupiditates habere. Quid ergo attinet dicere, nihil haberem, quod reprehenderem, si finitas cupiditates haberem? hoc est dicere, non reprehenderem afortis, si non essent afortis. isto modo, ne improbos quidem, si essent boni viri. Hic homo severus luxuriam per se ipsam reprehendam non putat. & hercule, Torquate, ut verum loquamur, si voluptas summum bonum est, rectissime non putat, nolim enim mihi fingere afortis, ut loletis qui in mensam vomant, & qui de conviviis auferantur, erudi que postridie se rursus ingurgitent: qui solum, ut ajunt, nec occidentem umquam viderint, nec orientem: qui, confutis patrimonii, egeant, nemo nostrum istius generis afortis jacundie putat vivere. 3 mundos, elegantis, optimis cocis, piscatoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantem cruditatem; quibus vivum desusum epleno sit: hic siphon, ut ait Lucilius, cui nihil demisti: jus, & sacculus abstuleris: adhibentes ludos, & quæ sequuntur, illa; quibus detractis, clamat Epicurus, se nescire, quid sit bonum: ad sunt etiam formosi pueri, qui ministrant: 5 respondeat his vestis, argentum, Corinthium, locus ipse, ædificium. Hos ego afortis bene quidem vivere, at beate nunquam dixerim. ex quo efficitur, non ut voluptas ne sit voluptas, sed ut voluptas non sit summum bonum: nec ille, qui Diogenem Stoicum adolefcens, post autem Panætiū audierat, Lælius, eodidit est sapiens, quod non intelligeret, quid suavissimum esset (nec enim sapienter, ut eis cor sapias, ei non sapias palatum) sed quia parvi id duceret.

O lapathis, & ut iustè necesse est, cognis' cui sis, In quo Lælius' elamores siphos ille solebas Edere, compellans gumi as ex ordine nostros, Læliū praclare, & recte siphos, 7 illudque verè: O Eubli, & gurgis, Galloni: es homo miser, inquit: Cenasti in vita nunquam bene, cum omnia in ista Consumis squilla, atque acipenseris cum deumano.

Is hæc loquitur, qui in voluptate nihil ponens, negat eum bene cenare, qui omnia ponat in voluptate: 8 & tamen non negat libenter umquam cenasse Gallonium: (mentiretur enim) sed bene. Ita graviter & severè voluptatem secerit a bono. ex quo illud efficitur, qui bene cenent, non libenter cenare: qui libenter, non continent bene. semper Lælius bene. Quid bene? dicit Lucilius, colto, condico. sed eodè caput cenæ: sermo bono. 9 quid ex eo? si queri, libenter. veniebat enim ad cenam, ut animo quieto satiare desideria naturæ. rectè ergo is negat, umquam bene cenasse Gallonium; rectè, miserum, cum præsertim in eo o-

mne studium consumeret, quem libenter cenasse nemo negat. Cur igitur non bene? quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè: ille porro male, pravè, nequiter, turpiter cenabat. Non igitur nec lapathi suavitatem acipenseris Gallonii Lælius anteponebat, sed suavitatem ipsam negligebat, quod non faceret, si in voluptate summum bonum poneret. SEMOVENDA est igitur voluptas, non solum ut recta sequamini; sed etiam ut loqui deceat frugaliter. Reflumusne igitur in vita summum bonum dicere, cum id ne in cena quidem posse videamus? Quo modo autem philosophus loquitur tria genera cupiditatum? naturalis, & necessarias: naturales, non necessarias: nec naturales, nec necessarias? primum divisit inele-ganter. duo enim genera quæ erant, fecit tria. hoc est non dividere, sed frangere rem. qui si diceret, cupiditatum esse duo genera, naturales, & inaneis: naturalium, quoque item duo, necessarias, & non necessarias, 10 confecta res esset. qui hæc didicerunt quæ ille contemnit, sic lolet, vitiosum est enim in di videndo partem in genere numerare. Sed hoc sanè concedamus, contemnit enim differendi elegantiam: confuse loquitur, gerendus est mos, modo rectè sentiat. Et quidem illud ipsum non nimium probo (11 & tantum patior) philosophum loqui de cupiditatibus finientis. An potest cupiditas finiri? tollenda est, atque extrahenda ad istum. quis est enim, in quo sit cupiditas, quin rectè cupidus dici possit? Ergo & avarus erit, sed finit: adulter, verum habebit modum; & luxuriosus eodem modo. Qualis ista philosophia est, quæ non interitum afferat pravitatis, sed sit contenta mediocritate vitiorum? quamquam in hac divisione rem ipsam proliis probo: elegantiam desidero. appetlet hæc desiderianatura: cupiditatis nomen servet aliò, ut, cum de avaritia, cum de intemperantia, cum de maximis vitiis loquitur, 12 tam tamquam capitis accenset. Sed hæc quidem liberius se eodè dicuntur, & sapius. quod equidem non reprehendo. est enim tanti philosophi, tamque nobilis, audacter sua decreta defendere, sed tamen ex eo, quod eam voluptatem, (quam omnes gentes hoc nomine appelliant) videtur ampliare sæpe vehementius, in magnis interdum versatur angustiis, ut, hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod voluptatis causa non videatur esse facturus. deinde, ubi erubescit (vis enim est permagna natura) confugit illuc, ut neget accedere quidquam posse ad voluptatem nihil dolentis. At iste non dolendi status non vocatur voluptas. Non laboro, inquit, de nomine. Quid, quod res alia tota est? Repetiam multos vel innumere: buleis potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quam vos estis: quibus, quidquid velim, faciliè persusdeam. Quid ergo dubitamus, quin, si non dolere, voluptas sit summa, non esse in voluptate, dolor sit maximus? cur non ita sit? Quia dolenti non voluptas contraria est, sed doloris privatio.

I. Hoc

1. Uedant de patella. Palli president, cum tamen prius præterea ibi fuisset lysteria, idem scio illud Horat. Edis cibus allium potantius; sed an id heic intrandi debeat, nescio.
2. De nartheci promant. Palli ille præ primæ, vix improbem, ut respiciat ad illud quod præterit, reperit.
3. Respondens eleganti. Hæc ipsa sunt poetæ alieque versus: sed quis digeret in pedes, uti enotus?
4. Quibus vivum desusum epleno sit. hic siphon ut ait Lucilius cui nihil demisti: jus & sacculus abstuleris. Ob oculos posui & scripturam membræram Palli, quoribus proximè accedit editio Vici in quæ sit siphon, ut ait Luc. cui nihil demisti: jus & sacculus abstuleris. Pal præ expre-ssit sit siphon, ut ait Luc. cui nihil demisti: jus & sacculus. Videatur Scalig. Appendix Conjectaneor. in Varron.
5. Respondens huius vestis argentum, Corinthium, locus ipse, ædificium. Ita nulla licera plus minusve Pal. præ. reri. text. item ad oram quartus ere-gione illius vulg. aditium, quod monstrum etiam extabat in secunda ac-quit. Max etiam hunc locum restituit voluit e. miss. sed verè ut a-liquis indulserit ingenio suo. Videatur tamen l. v. Variar. lect. c. 20. ut etiam Tur. l. x. v. l. c. 34. sine. sed. & consuletur Psull. Man. in Notis

filii ad hunc locum pro respondeat, minus appositè. Scal. pro, aditium habebat aditium cui sanè suis heic effect. loc. si ita fuisset in illo lib.
6. Uedant necesse est. Palli omni. iustè necesse est. idem etiam habent gurgis, præter præ. in quo gurgis, quod malui.
7. Illudque verè. Sic omnes m. omnes edd. præter Lamb. quæ illeg., Videatur Tur. d. c. 34.
8. Et tamen non negat libenter. Pal. præ. non habet negativam.
9. Quid ex eo? quælibet res. Lib. Scal. habet ad notatum; quid ex eis, oras, libenter veniebat enim.
10. Cræstharæ esset. qui hæc didicerunt quæ ille contemnit se silent. Viti-rosam enim. Clavula octo verborum nunc primum à me redditur Ciceroni: nam etiam Pal. text. comparabatque item in primo, voram pos. sed frangere supra.
11. Et tantum patior. Sic reposui à Pal. præ. editi antea tam, minus viv. de, male etiam qui teigam istam verborum parente est eximium; distinguuntque, probo: tamen patior, Philosopho, Lamb. didico.
12. Nam tamquam capitis accenset. Non displicet quod est in Pal. præ. tam tam de avaritia, etc. ita ut isto loco expungatur, Lamb. edidit, et an-liquam, sicque Pal. sed. sed ceteri favent vulgato.

2. Hic

1. Hoc verò non videre, maximo argumento, 2 esse voluptatem illam; qua sublata, neget se intelligere omnino, quid sit bonum, eam autem ita persequitur, quæ palato percipiatur, quæ auribus; cetera addit, quæ si appelles, *homo profundus sit*. hoc igitur, quod solum bonum severus, & gravis philosophus novit, idem non videt ne expectandum quidem esse, quod eam voluptatem hoc eodem auctore non desideremus, cum dolore careamus, 3 quamquam hæc sunt contraria. Hic si *desinere*, vel *de videre didicisset*, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, numquam in tantis salebris incidisset. nunc vides, quid faciat, quam nemo unquam voluptatem appellat, & hanc in motu voluptatem, quæ duo sunt, unumquod facit. sic enim has suas veis, & quasi dulcis voluptates appellat. interdum ita extenuat, ut M. Curium verba loqui: interdum ita laudat, ut, quid præterea sit bonum, neget se posse ne suspicari quidem, quæ jam oratio non à philosopho aliquo, sed à *caesare opprimenda est*. non est enim vitium in oratione solum, sed etiam in moribus. luxuriam non reprehendit, modo sit vacua infinita cupiditate, & timore. Hoc loco discipulos quæret videtur, ut, qui a loti esse velint, philosophi antè fiant. A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo summi boni. Simul atque natum animal est, gaudet voluptate, & eam appetit, ut bonum: aspernatur dolorem, ut malum. de malis autem, & bonis, ab iis animalibus, quæ nondum depravata sunt, ait optime iudicari. Hæc & tu ita posuisti, & verba vestra sunt. Quam multa vitiosa? summum enim bonum, & malum *vagans puer* ultra voluptate iudicabit, stante, an movente? quoniam, si diis placet, ab Epicuro loqui discimus. si stante, hoc natura videlicet vult, salvam esse se, quod concedimus; si movente, quod tamen dicitis, nulla turpis voluptas erit, quæ prætermittenda sit. & simul non proficiscitur animal illud modo natum, à summa voluptate: quæ est à te posita in non dolendo. nec tamen argumentum hoc Epicurus à parvis petivit, aut etiam à bestiis: quæ putat esse *specula natura*: ut diceret, ab his, duce natura, hanc voluptatem expeti nihil dolendi. neque enim hæc movere potest appetitum animi: nec illum habet istum, 4 quo pellat animum status hic non dolendi. itaque in hoc eodem peccat Hieronymus. 5 At ille pellit, qui permulcet sensum voluptate. Itaque Epicurus 6 semper hoc utitur, ut probet, *voluptatem natura expeti*; quod ea voluptas, quæ in motu sit, & parvos ad se allicit, & bestias, non illa stabilis, in qua tantum inest nihil dolere, 7 quid igitur convenit, ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia summum bonum ponere? *Bestiarum verò nullum iudicium* puto, quamvis enim depravata non sint, pravæ tamen esse possunt. Ut bacillum aliud est inflexum, & incurvatum de industria; aliud ita natum: sic ferarum natura, non est illa quidem depravata mala disciplina, sed natura sua, nec verò, ut voluptatem expetat, natura movet infantem: sed tantum *ut se ipse diligat*, ut integrum se, sal-

vumque velit. o m n i enim animal simul ut ortum est, & scriptum, & omnes partes suas diligit: 8 duasque, quæ maximæ sunt in primis complectitur: animum, & corpus: deinde utriusque partes, nam sunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quæcum leviter agnovit, tunc discernere incipit, ut ea, quæ prima data sunt natura, appetat, asperneturque contraria, in his primis naturalibus voluptas inest, necne, magna quaesito est. nihil verò putare esse, præter voluptatem, non membra, non sensus, non ingenii motum, non integritatem corporis, non va-
liundinem, summæ mihi videtur inscitia. Atque ab isto capite suete necesse est omnem rationem bonorum, & malorum. Polemon, etiam antè Aristoteli, ea prima visa sunt, quæ paulo antè dixi. Ergo nata est sententia veterum Academicorum, & Peripateticorum, ut *finem bonorum dicerent, secundum naturam vivere*, id est, virtute adhibita, frui primis à natura datis. Callippo ad virtutem nihil ad-
iunxit, nisi voluptatem: Diodorus, nisi *vacuitatem doloris*. His omnibus, quos dixi, consequentes sunt fines bonorum. Aristippo simplex voluptas: Stoicis, consentire nature: quod esse volunt è virtute, id est, honestè vivere: quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum, quæ natura evenirent, eligente ea, quæ essent secundum naturam, rejicientque contraria. Ita tres sunt *fines expertes honestatis*, unus Aristippi, vel Epicuri: alter Hieronymi: Carneadis tertius: tres in quibus honestas cum aliquo accessione, Polemonis, 10 Calliphonis, Diodoti, una simplex, cuius Zeno auctor, *posita in decora tota*, id est, honestate, nam Pyrrho, Aristo, Herillus, jam diu abjecti, reliqui sibi consisterunt, ut extrema cum iniitiis convenirent, ut Aristippo, voluptas: Hieronymo, doloris vacuitas: Carneadi, frui principiis naturalibus, esset extremum. Epicurus autem cum in prima commendatione voluptatem dixisset: si eam, quam Aristippus, idem tenere debuit ultimum bonorum, quod ille: sin eam, quam Hieronymus, fecisset idem, ut voluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret, (u) nam, quod ait, *sensibus ipsi iudicari*, voluptatem, bonum esse: dolorem, malum: plus tribuit sensibus, quam nobis leges permittunt. 11 privatarum litium iudices sumus. Nihil enim possumus iudicare, nisi quod est nostri iudicii. in quo frustra iudices solent, cum sententiam pronunciant, addere si *quid magis*, hoc non addito, illud est iudicatum, 12 quod iudicat sensus: dulce, amarum: lenis, asperum: prope, longè: stare, movere: quadratum, rotundum. Quam igitur pronuntiabit sententiam ratio? Adhibita primum *divinarum, humanarumque rerum scientia*, quæ potest appellari *ritè sapientia*: deinde adjunctis virtutibus, quas ratio rerum omnium dominas, tu voluptatem *satellites*, & ministros esse voluisti: quarum ad eodè omnium sententia pronuntiabit, primum de voluptate, nihil esse in loci, non modo ut sola ponatur in summi boni sede, quam quaerimus

Yyy 55

1. Hoc verò non videre.) Locum asterisco notat Gulielmus; nec movi quod & mihi quædam deesse viderentur.
2. Est voluptatem illam, qua.) Ita Palatinus pr. non illam, ut vulgè ex quo liquet de vanitate lecti onis Lambinianæ.
3. Quamquam hæc sunt contraria.) Fortius multo Pal. pr. quam hæc sunt contraria; idem mox quoque apphavit exhibens, loco publicari appellat quod hætenus probo ut arbitrer admittendam. utramque scripturam sic; quam nemo voluptatem appellavit, appellat, quomodo suo adscripsit libro Scaliger.
4. Qui pellat animum stante hic non dolendi.) Editiones præfixæ & Pall. o. animi statum hinc. illud tamen probat se loco Tullii pro Cælio; ut monuit Gulielmus; qui variantem eam lectionem annotat item ex Tulliano.
5. Ait illa pellit.) Lambinus ostendit nobis conjecturam suam: illa voluptas, retrahentibus nã: ideoque perperam, illa dicitur scilicet.
6. Semper hoc utitur.) Pal. pr. super scribitur *notior*, sicque comparat in Pal. sec.
7. Quis igitur certaverit.) Lambinus *Qui igitur*. Gulielmus, *Qui id igitur*, quam conjecturam non improbo.
8. Duasque, quæ maximæ sunt.) Recentius editæ duæque res quæ, sed i præter exoletas edd. etiam Victorianam, & m. nostras.
9. *Ita nata est.*) Sic omnes Palatini. Lambinus conjicit, *hinc igitur nata est*, lupervacaneæ, nam *Ita*; aliquando notat *exinde, postea*, & c. ut Critici dedimus ostendere exemplis ad Propertium.
10. Calliphoni.) Non video cur sequi non debeamus scripturam omnium Pall. Calliphoni.
11. Privatarum litium iudices sumus.) Pal. pr. *privatus*, quod anno-
topotius, quæ appareat animadvertum fuisse à me, quam ut & jam arbitrer alterum ei cedere debere. Ceterum mirari facti non possum, cur tot delultoris hinc utatur conjecturis Lambinus, in sententia plana.
12. Quod iudicat sensus.) Lambinus iterum emendationes iactat, sed à quibus recedunt Pall. omnes. itaque miror à vulgato recessisse Aldem nepotem.

nam, sed ne illo quidem modo, ut ad honestatem applicetur. de vacuitate doloris eadem sententia est. rejicietur etiam Carneades: nec illa de summo bono ratio aut voluptatis, non dolendive particeps, aut honestatis experta, probabitur. ita relinquet duas, de quibus etiam atque etiam consideret. aut enim sciet, nihil esse bonum, nisi honestum: nihil malum, nisi turpe: cetera aut omnino nihil habere momenti, aut tantum, ut nec expetenda, nec fugienda, sed eligenda modo, aut rejicienda sint: aut anteponeat eam, quam cum honestate praestissimam, tum etiam ipsis initiis naturae, & totius perfectione vitae locupletatam videbit. quod eo liquidius faciet, si perpenderit, rerum inter eas, verborumque sit controversia. Huius ego nunc auctoritatem sequens, idem faciam. quantum enim potero, minui contentiones: omnibus simpliciter sententias eorum, in quibus nulla inest virtutis adjunctio, omnino à Philosophia semovendas putabo: primum Aristippi, Cyrenaeorumque omnium: quos non est veritum, in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum moveat, summum bonum ponere, contemnentis istam vacuitatem doloris. hi non videntur, ut ad cursum, equum: ad arandum, bovem: ad indagandum, canem: sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, intelligendum, & agendum esse natum, quasi mortalem deum: contraque, ut tardam aliquam, & languidam pecudem, ad pastum, & ad procreandi voluptatem hoc divinum animal ortum esse voluerunt. quo nihil mihi videtur absurdius. atque haec contra Aristippum, qui eam voluptatem non modo summam, sed etiam etiam dicit: quam omnes unam appellamus voluptatem. aliter autem vobis placet, sed ille, ut dixi, vitiose, nec enim figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani significat, ad hanc unam rem natum hominem, ut fruatur voluptatibus. Nec verò audiendus Hieronymus: cui summum bonum est idem, quod vos interdum, vel potius nimium saepe dicitis, nihil dolere, non enim, si malum dolor est, carere eo malo satis est ad bene vivendum, hoc dicitur potius Ennius:

Nimium boni est cui nihil est mali.

Nos beatam vitam non depulsionem mali, sed adaptionem boni iudicemus: nec eam cessando, sed sive gaudentem, ut Aristippus, sive non dolentem, ut hic: sed agendo aliquid, considerandove quaeramus. Quae possunt eadem contra Carneadem illud summum bonum dici: quod is non tam, ut probaret, protulit: quam ut Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret. id autem ejusmodi est, ut addidit ad virtutem, antequam videatur habiturum, & expleturum cumulate vitam beatam: de quo omnis haec questio est. nam qui ad virtutem adjungant vel voluptatem, quam unam virtus minimi facit: vel vacuitatem doloris, quae etiam si malo caret, tamen non est summum bonum;

accessione utuntur non ita probabili, nec tamen, cui id tam parce, tamque restricte faciant, intelligo. quasi enim emendum eis sit, quod addat ad virtutem, primum vilissimas res addunt: deinde singulas potius, quam omnia quae prima natura approbasset, ea cum voluptate conjungere. quae cum Aristoni, & Pyrrhoni omnino visae sunt pro nihilo, ut inter optime valere, & gravissimi agitare, nihil profuse dicerent interesse, recte jam pridem contra eos desitum est disputari. dum enim in una virtute sic omnia esse voluerunt, ut eam rerum selectione expoliant: nec ei quidquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur: virtutem ipsam, quam amplexabantur, sustulerunt. Herillus autem ad scientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit: sed nec optimum nec quo rata gubernari possit. itaque hic ipse jam pridem est rejectus. post enim Chrysippum non sane est disputatum. Restatis igitur vos, nam cum Academicis incerta luctatio est: qui nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi, id sequi volunt: quodcumque verisimile videatur. Cum Epicuro autem hoc est plus negotii, quod duplici genere voluptatis conjunctus est: quodque & ipse, & amici ejus, & multi postea defensores ejus sententiae fuerunt, & nescio quomodo sit, qui auliorum minimam habet, maximam vim populus cum illis facit: quos nisi arguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deferenda est. Ita ceterorum sententias semotis, relinquitur non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate certatio. quam quidem certationem homo & acutus, & diligens Chrysippus, non contemnit, totumque discrimen summi boni in eadem comparatione positum putat. ego autem existimo, si honestum aliquid ostendat, quod sit ipsum & visum, propter seque expetendum, iaceat vestra omnia, itaque eo, quale sit, breviter, ut tempus postulat, constituto, 7 accedam ad omnia tua, Torquate; nisi memoria forte defecerit. honestum igitur id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni utilitate, sine ullis praemiis, fructibusque, per se ipsum possit jure laudari. quod quale sit, non tam definitione, qua sum usus, intelligi potest. (quamquam aliquantum potest) quam communis omnium iudicio, & optimi cuiusque studio, atque factis: qui permixta ob eam unam causam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honestum est, est nullum consuetudinem consuetudinem vident. homines enim, etsi aliis multis tamen hoc uno à beatis plurimum differunt, quod rationem habeant: & à natura datam mentem, & aciem, & vigentem, celerimeque multa simul agitantem, & ut ita dicam, sagacem: quae & causas rerum, & confectiones videat, & similitudines transferat, & disjuncta conjungat, & cum praesentibus futura copulet, omnemque complectatur vitae consequentis statum. 9 eademque ratio fecit hominem hominum appetentem, cumque his natura, & sermone, & usu

con-

1. Nec illa de summo bono.) Adlubescit ferè scriptura Palatini primis ulla, tanto magis quod & videtur in tercio.
2. Sed solum etiam dicit.) Vulgati dicit: sed alterum cessat in omnibus Palli placu itque Victorio.
3. Sive gaudentem, ut Aristippus, sive non dolentem, ut hic.) Non potui excludere hanc lectionem, inventam parte sui in Pal. omnibus ac Lambinianis, integram verò in Pal. primo, vulgati enim sono admodum auribus ingrato, sive gaudentem, ut Aristippus, sive non dolentem, etc.
4. Haec cum voluptate conjungunt.) Lambinus quatuor istas voces editione sua exclusit, quod non comparerent (inquit) in uno libro longe optimo, at habent etiam Pall. o. nisi quod in tercio, cum honestate. Aldus Nepos representare verbum auctoris, quam substituere qualecunque mangonum, nam si voculam repetamus, & isthaec proxime sequentibus: atterbus, helle procedet sententia sic: Ea quae cum voluptate conjunguntur, qua Aristippus etc.
5. Non enim Academicis incerta luctatio est.) Sic quidem Palatini, praeter primum, in quo nulla laetatio est, quod qui negaverit auctoris geminum germanum, negabit & mercede lucrare.
6. Ut sua propter seque, Sic Pall. omnes & editio Victorii: nisi quod

pr. suavi; secundo verò desit copula vulgati, ut sua propter se, quam posthinc cogor inhære: sed aliter fieri non potest, si velim mutare me contra eos qui in me incurterent ac si quidpiam temere metastem.

7. Accedam ad omnia tua Torquate, nisi memoria forte defecerit.) In vitæ ferè animo manus lectionem, hanc invenit, coacta liqui ad quasi veritate Palatini primi, nihil enim ea evoluit, nihil rotundius, ac haec uti putidè occupavit libros omnes; Torquate ubi hi me memoria ferè defecerit, istum est ne suppetat, quorum posterorum nullum vestigium in electo illo Palatino, relicto Bibliothecae ab eodem illo Electorum Orthon Henrico: cuius symbolon atque insignia membranis illis propèsi. Dolendum solummodo nihil eo contineri, praeterquam libros de finibus praeter.

8. A natura datam mentemque & aciem, etc.) Est ab editione Victoriana; neque locus Pal. pr. nam sec. quint. lex, a natura mentis datam & aciem, etc. reliqui, a natura mentemque datam, ut publicus excelsi, media lectio non est absurda quidem, sed tamen vilior nostra.

9. Eademque ratio fecit.) Vulgati quidem facit, sed alioquin reperi in Pall. lex.

congruentem, ut profectus ad caritatem domesticorum, ac suorum, & sepiat longius, & se implicet primum civium, deinde omnium mortalium societate: atque, ut ad Architam scripsit Plato, non sibi se solum natum meminerit, sed patriam, sed sua, ut per se quae pars ipsi relinquatur. Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini a VERE INVENIENDI, quod facillime apparet, cum vacui curis, etiam quid in caelo fiat, scire avemus: his initiis inducti omnia vera diligimus, id est, fidelia, simplicia, constantia: tum vana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, perjurium, malitiam, injuriam, eadem ratio habet in se quiddam amplum, atque magnificentem, ad imperandum magis, quam ad parendum accommodatum: omnia humana non tolerabilia solum, sed etiam levia ducens: alium quiddam & excessum, nihil timens, nemini cedens, semper invictum. Atque his tribus generibus honestiorum notatis, quantum sequitur, & in eadem pulcritudine, & aptum ex illis tribus: in quo inest ORDO, & MODERATIO, cuius similitudine per secula 4. in formam specie; a dignitate transitum est ad honestatem di. bonam, atque factum. nam ex his tribus laudibus, quas ante dixi, & clementiam te formidat, & non audeat cuiquam aut dispo protervo, aut facto nocere: vereturque quidquam aut facere, aut loqui, quod parum virile videatur. Habes undique experiam, & perfectam, Torquate, formam honestatis: quae tota his quattuor virtutibus, quae a te quoque commemoratae sunt, continentur. hanc letuus Epicurus omnino ignorare dicit, quam, aut qualem esse velit, qui honestate summum bonum metantur. si enim ad honestatem omnia referantur, neque in ea voluptatem dicant inesse, ait eos inani voce sonare (his enim ipsis verbis utitur) neque intelligere, neque videre, sub hac voce honestatis quae sit subjuncta sententia. ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum, quod, inquit, quamquam voluptatibus quibusdam est saepe jucundius, tamen expetitur propter voluptatem. Videsne quam sit magna dissensio? philosophus nobilis, a quo non solum Graecia, & Italia, sed etiam omnis Barbaria commota est, honestum quid sit, si id non est in voluptate, negat te intelligere: nisi forte illud, quod multitudinum more laudetur. Ego autem hoc etiam turpe esse saepe iudico: & si quando turpe non sit, tamen non esse non turpe, cum id a multitudine laudetur. & quod si sit ipsam per se rectum, atque laudabile, non ob eam causam tamen illud dici honestum esse, quis laudetur a multis, sed quis tale sit, ut vel si ignorantes id homines, vel scilicet aut scilicet) sua tamen pulchritudine esset, ipseque laudabile. Itaque idem natura videtur, cui oblitisti non potest, dicitur a loco id, quod a te etiam paullo ante dictum est, non posse jucunde vivi, nisi etiam honeste. Quid nunc, si non est, dicit? idemne quod jucunde? ergo ita, non posse honeste vivi, nisi honeste vivatur; an, nisi populari fama? sine ea

igitur jucunde negat posse vivere? Quid tu vivis quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? quid ergo hoc loco intelligit honestum? certe nihil, nisi quod possit ipsum propter se jure laudari, nam si propter voluptatem: quae est ista laus, quae possit a maesto peti? Non in vis est, ut cum honestatem eo loco habeat, ut sine ea jucunde neget posse vivi illud honestum, quod populare sit, sentiat, & sine eo jucunde neget vivi posse: aut quidquam aliud honestum intelligat, nisi quod sit rectum, ipsumque per se, sua vi, sua sponte, sua natura laudabile. Itaque, Torquate, cum diceret, clamare Epicurum, non posse jucunde vivi, nisi honeste, & sapienter, & iuste viveretur, tu ipse mihi gloriari videbare, tanta vis inerat in verbis, propter earum rerum, quae significabantur his verbis, dignitatem, ut altior fieret, ut interdum insisteret, ut nos intuens, quasi testificaret, laudari honestatem, & iustitiam aliquando ab Epicuro. Quam te decebat his verbis uti, quibus si philosophi non uterentur, philosophia omnino non egeremus? istorum enim verborum amore, quae peritiam appellantur ab Epicuro, sapientiae, fortitudinis, iustitiae, temperantiae, praestantissimis ingenii homines se ad philosophiae studium contulerunt. Oculorum, inquit Plato, est in nobis sensus acerrimus quibus sapientiam non cernimus, quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur, cur tandem? an quod ita callida est, ut optime possit architectari voluptates? cur iustitia laudatur? aut unde est hoc contritum vetustate proverbium? Quid in TENEBRIS. Hoc dictum in una re, iustissime patet: ut in omnibus factis, re, non teste, movemur. Sunt enim levia, & perinfirma, quae dicebantur a te, cum animi conscientia improbos excruciat, tum etiam poenae timore; quae aut afficiuntur, aut semper sunt in metu, ne afficiantur aliquando. Non oportet timidum, aut imbecillum animo fingi; non bonum illum virum, qui, quidquid fecerit, ipse se cruciet, omniaque formidet: sed omnimodum callide referentem ad utilitatem, acutum, versutum, veteratorem, scilicet ut excogitet, quo modo occulte, sine teste, sine ullo consilio fallat. An tu me de L. Tubulo putas diceret? qui, cum praetor quaestionem inter sicarios exercuisset, ita appetit cepit pecunias ob rem iudicandam, ut anno proximo P. Scavola, tribunus pleb. ferret ad plebem, 10. VERLENTINE DE EARRE QUARE, quo plebiscito, decreta a senatu est Consuli quaestio, 11. Cn. Capioni, profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus, erat enim res aperta. Non igitur de improbo, sed de calido improbo quaerimus: qualis Qu. Pompejus in foedere Numantino in fugiendo fuit, nec vero omnino timentem: primum qui animi conscientiam non curet; quam scilicet comprimere nihil est negotii. 15. ENIM, qui occultus, & reclus dicitur, tantum adest, ut se indicet, perficiet etiam, ut dolere alterius improbo facto videatur: quid est enim aliud, esse versutum? Memini me adesse 13. P. Sextilio Rufo, cum is

1. Sepiat longius & se implicet. In hunc diem vulgati, curas longius alterum tacet le auctoritate Palatini primi ac tertii, item Scaligeri codicis, & venustissimus est quam ut cedere debeat priori, licet longissimum temporis possessorem. asserit eam id sibi Cicero lib. v. de Fin. c. 23. pr. optimeque convenit cum sequenti implere, quod nollem mutari in adimplere cum exemplari. Vrsiniano, contra omnes Palatinos, multo minus ut vis refragantibus admittamus Lambinianum scilicet.

2. Vere invenendi. Non ita inest Pal. pr. vere dendi. idem mox prae se fert habere ne antiqua scribendi forma, pro adveni, quomodo item est in quarto ac sexto.

3. Huo initiis inducti. Haud aliter Pal. o. non induit, quod miror esse magis fere ar. iter Lambino.

4. Ita formam specie. Va dignitate transiunt est, &c. Ita una voce Pall. itaque non admittit Vrsini ac Pauli Manutii ac dignitate, multo minus Lambini adhaerentissimos interpolationem. Nam dignitas refertur ad formam specie, itaque ne eam vocem repeteret, suppositus dignitatem.

5. Tamen non esse non turpe. Pal. pr. non esse non turpe. ceteri tum non esse turpe, & iter. vartum.

6. Quae si sit ipsa per se rectum ac laudabile. Paulus Manutius hanc locutionem primum produxit ex libro antiquo, Eam ego nunc sumo

Pal. primo ac tertio. item Scaligerano, vulgati: ipsum profectum ac laud.

7. Nisi quod hereditum, ipsamque per se, &c. Est a Pal. pr. & tert. editis rectum ipsum quod per se, proxime ad hanc scripturam pervenit conjectura sua Paulus Manutius, mox quoque expuncti voculam sitranspositis duabus aliis dictionibus, iussu Palatini primi.

8. An quod ita callida est. Vulgati illa, non ita, sed praeter scripturam Pall. item Tuscani codicis, denique editionem Victorii, quam unice miror ita statim desertam post enatam Camerarianam, cum sit optime proxima: certe. Sed quid seculo integro convicit, etique praeterito; qui ne quidem aetatis hujus studia adeperus sum.

9. An istiusmodi res, aut semper sunt in metu. Melius quod est in Pal. pr. affertur, licet sint.

10. Vultum de ea te quaerit. Lambinus divinat, Vultum: non recte, formula enim erat, Vultum iohanne, &c. Gulielmus.

11. Cn. Capioni. Sic Pal. pr. & Scalig. verus non Scipionis, ut alii, feret & olim eum.

12. Sed callide improbo. Sic Pall. omnes, Victorius & Manutius Neopos, callide.

13. P. Sextilio Rufo. Eximius ille Palatinus pr. aliud haec hominis versuto dat cognomen, scribit enim Rufus.

ad amicos rem ita deferret, se esse heredem 1. Qu. Fadio Gallo : cuius in testamento scriptum esset, se ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam perveniret. id Sextilius factum negabat. poterat autem impune, quis enim redargueret ? 2. nemo nostrum negabat : eratque verisimilius, huic mentiri, *cupis interesset*, quam illum, qui id se rogasse scripsisset, quod debisset rogare. addebat etiam, se in legem Voconiam juratum contra eam facere non audere, nisi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidem adolescentes, sed & multi amplissimi viri: quorum nemo censuit plus Fadii dandum, quam posset ad eam lege Voconia pervenire. Tenuit permagnam Sextilius hereditatem, unde, si secutus esset eorum sententiam, qui *honestas & recta emolumentis omnibus, & commodis anteponebant*, ne numerum quidem unum attigisset. Num igitur postea censens anxio animo, aut sollicito fuisse ? nihil minus, contraque illa hereditate dives; ob eamque rem latus. magni enim aestimabat pecuniam, non modo non contra leges, sed etiam legibus partam, quae quidem vel cum periculo est quaerenda vobis. est enim effectrix multarum, & magnarum voluptatum. Ut igitur illis, qui, recta & honesta quae sunt, ea statuant per se expetenda, 3. ad eunda sunt quavis pericula, decoris, honestatisque causa : sic vestris, qui omnia voluptate merentur, pericula ad eunda sunt, ut adipiscantur magnas voluptates. si magna res, magna hereditas ageretur, cum pecunia voluptates pariantur plurimae. idemque erit Epicuro vestro faciendum, si suam finem bonorum sequi volet, quod Scipioni, *magna gloria proposita*, si Annibalem in Africam retraxisset. itaque quantum adit periculum ? ad honestatem enim 4. illum omnem conatum suum referat, non ad voluptatem. sic vester sapiens magno aliquo emolumento commotus, 5. animi causa, si opus fuerit, dimicabit, occultum facinus esse potuerit : gaudebit de prehensus, omnem poenam contemnet. erit enim instructus ad mortem contemnendam, ad exilium, ad ipsum etiam dolorem, quem quidem vos, cum improbis poenam proponitis, impatibilem facitis : cum sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem. Sed singe non solum callidam eum, qui aliquid improbe faciat, verum etiam praepotentem : ut M. Crassus fuit : qui tamen *solebat nisi suo bene* : ut hodie est noster Pompeius, cui recte facienti gratia est habenda. 6. esse enim quamvis vellet iustus, iniquus poterat impune. Quam multa vero iniuste fieri possunt, quae nemo possit reprehendere ? Si te amicus tuus moriens roga verit, ut hereditatem reddas suae filiae, nec utquam id scripserit, ut scripsit Fadius, nec cuiquam dixerit, quid facies ? Tu quidem reddes : ipse Epicurus fortasse redderet : ut Sext. Peducaeus, Sex. F. is, qui hunc nostrum reliquit, *officium & humanitatis, & probitatis suam suam*, cum doctus, tum omnium vir optimus, & iustissimus,

cum sciret nemo, cum rogatum a C. Plotio, equite Romano splendido, Nufino, ultro ad mulierem venit, eique nihil opinanti viri mandatum exposuit, hereditatemque reddidit. Sed ego exte quæro, (quoniam idem tu certe fecisses) nonne intelligas, eo maiorem vim esse naturae, quod ipsi vos, qui omnia ad vestrum commodum, & ut ipsi dicitis, ad voluptatem referatis, tamen ea faciatis, & quibus appareat, non voluptatem vos, sed officium sequi ? plusque rectam naturam, quam rationem pravam valere ? Si scieris, inquit Carneades, *aspicere occulte latere uspiam, & 7. velle aliquid imprudentem super eam aspicere, cuius 8. mors tibi emolumentum futura sit* : improbe feceris, nisi monueris, ne aspicat : 9. sed impune tamen, scisse enim te quis cogere possit ? Sed nimis multa. PARS VI. V. M. est enim, nisi aequitas, fides, iustitia proficiantur a natura, & omnia haec ad utilitatem referantur, vitum bonum non posse reperiri : deque his rebus satis multa in nostris de Republica libris sunt dicta a Laelio. Transfer idem ad modestiam, vel temperantiam, quae est moderatio cupiditatum, rationi obediens. satisne ergo pudori consultat, si quis sine *teste libidinis parent* ? est aliquid per se ipsum flagitiosum, etiam si nulla comiter infamia ? Quid fortes viri voluptatumne calculis subductis, periculum ineunt, sanguinem pro patria profundunt : an quodam animi ardore, atque impetu concitati ? utrum tandem censet Torquatus, imperiosum illum, si nostra verba audiret, tuamne de se orationem libentius audiretur fuisse, an meam ; cum ego dicerem, *in huiusmodi fecisse sua causa, omniaque resp. tu contra nihil, nisi sua* ? si vero id eam explorare velles, 10. a peritiusque diceret, nihil eum fecisse, nisi voluptatis causa, quo modo cum tandem latorem fuisse existimes ? Esto : fecerit, si ita vis, Torquatus propter suas utilitates, malo enim dicere, quam voluptates, in tanto praesertim viro : num etiam ejus collega, P. Decius princeps in ea familia consulatus sed devoveret, & equo admisso in medium aciem Latinorum iruebat, aliquid de voluptatibus suis cogitabat ? 11. nam ubi eam caperet, aut quando, cum sciret confisum esse mortendum, eamque mortem ardentiore studio peteret, quam Epicurus voluptatem petendam putat ? quod quidem ejus factum nisi esset *jure laudatum*, non esset imitatus quarto consulatu suo filius : neque porro ex eo natus, cum Pyrrho bellum gerens, Consul cecidisset in proelio, sequere continentem genere tertium vicissimam reip. praebuerit. contineo me ab exemplis. Graecis haec modicum est : Leonidas, Epaminondas, tres aliqui, aut quattuor. ego, si nostros colligere ceepero, perficiam illud quidem, ut se virtuti tradat constringendam voluptas. sed dies me deficiet : & ut A. Varius, qui est habitus iudex durior, dicere confessorii solebat, cum, datis testibus, alii tamen citarentur, *Aus hoc testium satis est, aus nescio, quid satis sit* : sic a me 12. satis datum est testium, quid enim ?

1. Quinte Fadio Gallo.] M. E. nostri haec omnes servant Fadio, sed infra tamen plerique filiam vocant Fadiam : neque aliter editio Victorii.
 2. Nemo nostrum negabat.] Ineptae lectio, quam arguit Pal. pr. in quo, *credidit*, cuius veritatem tuncur satis insequencia. neque aliter errat ex membranarum veteris Ios Scaliger.
 3. Ad eunda sunt quavis pericula.] Pal. pr. videror iustio habuisse ad eunda sunt seu pericula, factumque inde se subductumque lineola, tanquam superfluum.
 4. Illam omnem conatum suam.] Ita omnes Pall. non ille, quomodo vulgati.
 5. Animi causa si opus fuerit dimicabit.] Scripserunt hanc falsi arguant Pall. sec. in quibus omnibus, cum causa. non affequetur mentem auctoris eadem exemplaria, mox habent potestati non potest.
 6. Est enim quamvis vellet iustus, iniquus poterat impune.] Aliquid & heclatate monstrum. est enim in Pal. pr. esse enim quam vellet iniquus, *potestatem poterat impune*, lectione plana, si addita syllaba legeretur, *injussive*. Manutius erudit ex uno. esse enim quamvis vellet iustus, iniquus : *injussive poterat impune*.
 7. Velle aliquid impudentem.] Est a Pall. pr. ac ver. antea publico iure editiones, non habebant illud al quem.

8. Mors tibi emolumentum futura sit.] Sic Pal. pr. exprestoratque optimus Victorius, sed nemo voluit sequi maluerat *salvare*, quod Gualtero tamen hanc satis faciebat, eaque propter coniecerat *latura*.
 9. Sed impune tamen, scisse enim te qui cogere possit ?] Mirè se super hoc loco jactat Lambinus, sed totum tamen non perpurgavit, nec fecimus, ope Palat. primi, & tertii, vulgo erat : *sed impune tamen id te cogere possit, quia enim cogere possit*. Lambinus repoluerat & scriptis suis : *tamen scisse enim qui cogere possit*.
 10. A peritiusque diceret.] Encliticam addidi e Pal. pr. quo ipso aliter distinguitur tota perodus sitque nervosior.
 11. Nemo nisi tam caperet aut quando.] Sequendus magis Pal. pr. in quo non comparat *non*, habetque *ubi* : *non tam caperet*. hoc tamen a manu secundae tum prius fuisse, ut eam.
 12. Satis datum est testium.] Est a Palatino primo & Scallig. admittique tanto confidentius quod tale quid etiam crucifere Lambinus e suis. homo enim ille sapiens editio in eam suam meliorem fecit auctoritate verorum exemplarium, quamvis id minime retulerit in notis, quod nescio, an fecerit, quod non arbitrarerur sibi tam exilium reddendam rationem : aut vero, si discerneret possent, emendationes ipsius textui invertebat, ab prioribus istis. Gualterius haec coniecerat : *satis testium est. Dic dum quid enim, &c.* nimis coarctat.

enim? te ipsum, dignissimum maioribus tuis, voluptasne induxit, ut adolescentulus eriperes P. Sullæ consulatum? quem cum ad patrem tuum retulisses, fortissimum virum, qualis ille vel consul, vel civis cum semper, tum post consulatum fuit? quo quidem auctore nos ipsa gestimus ut omnibus potius quam ipso boni consuluerimus. At quàm pulchrè dicere videbare, cum ex altera parte ponebas cumulatam aliquem plurimis, & maximis voluptatibus, nullo nec præsentis, nec futuro dolore; ex altera autem, cruciatibus maximis, toto corpore, nulla nec adjuncta, nec sperata voluptate; & quærebatur, quis aut hoc miserior, aut superiore illo beator foret? deinde concludebas, summum malum esse dolorem, summum bonum voluptatem? L. Thorius Balbus fuit, Lanuvinus; quem meminisse tu non potes. is ita vivebat, ut nulla tam exquisita posse inveniri voluptas, quæ non abundaret. erat & cupidus voluptatum, & cuiusvis generis ejus intelligens, & copiosus: ita non superstitiosus, ut illa plurima in sua patria sacrificia, & fana contemneret: ita non timidus ad mortem, ut in acie sit ob remp. interfectus. cupiditates non Epicuri divisione sinebat, sed sua fatietate. habebat tamen rationem validissimam; utebatur iis exercitationibus, ut ad eam & eliciens, & sitiens veniret: eo cibo, qui & suavissimus esset, & idem facillimus ad concoquendum: vino, & ad voluptatem, & ne noceret. cetera illa adhibebat, quibus demitis negat se Epicurum intelligere, quid sit bonum. ab:rat omnis dolor: quasi si adesset, nec molliter ferret, & tamen medicis plus, quàm philosophis uretur. color: egregius, integra valetudo, summa gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate. 1 Hunc verò beatum oratio quidem vestra sic cogitat. Ego, huic quem anteponam, non audeo dicere: inquit pro me ipsa virtus; nec dubitabit isti vestro beato M. Regulum antepone. quem quidem, cum sua voluntate, nulla vi coactus, præter fidem, quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertisset, 2 tum ipsum, cum vigiliis, & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse, quàm potantem in rosa Thorium. 3 Bella magna gesserat, bis consul fuerat, triumpharat nec tamen sua illa superiora, tam magna, neque tam præclara ducebat, quàm nullum ultimum casum, quem propter fidem, constantiamque susceperat: QVI NON ERAT MISERABILIS videtur audientibus, 4 illi perpetuus erat volens. non enim hilaritate, nec laeta via, nec risu, aut joco, comite la vitatis, sed sapia etiam tristis firmitate, & constantia sunt beati. Stuprata per vim Lucretia à regis filio, 5 testata civeis, se ipsam interemit. hic dolor populi Rom. duce & auctore Bruto, causa civitati libertatis fuit: ob ejusque mulieris memo-

riam primo anno & vir, & pater ejus, consul est factus. Tenuis L. Virginus, unusque de multis, sexagesimo anno post libertatem recepit, 6 virginem filiam, sua manu occidit, potius, quàm ea App. Claudii libini, qui tum erat 7 summo in imperio, dederetur. Aut hæc tibi, Torquate, sunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. Quod autem patrocinium, aut quæ ista causa est voluptatis quæ nec testeis ullos est claris viris, nec laudatores poterit adhibere? ut enim nos ex annalium monumentis testeis exciamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis, qui voluptatis nomen audire non possent: sic in vestris disputationibus historia muta est: numquam audivi in Epicuri schola Lycurgum, Solonem, Militiadem, Themistoclem, Epaminondam nominari: qui in ore sunt ceterorum omnium philosophorum. 8 Nunc verò, quoniam hæc nos etiam tractare cepimus, suppeditabit nobis 9 Atticus de thesauris suis, 10 quos, & quoniam viros habere testium fat est nonne melius est de his aliquid, quàm tantis voluminibus 11 de Themistocle loqui? Sint ista Græcorum, quamquam ab his philosophiam, & omne ingenium disciplinas habemus sed tam est aliquid, quod nobis non liceat, liceat illis. Pugnant Stoici cum Peripateticis, alteri negant quidquam esse bonum, nisi quod honestum sit, alteri, plurimum se, & longè, longèque plurimum tribuere honestati, sed tamen & in corpore, & extrà, esse quædam bona. Et CERTAMEN HONESTVM, & disputatio plendida: omnis est enim de virtutis dignitate contentio, 12 at cum tuis cum differas, multa sunt audienda etiam de obscenis voluptatibus, de quibus ab Epicuro sæpius dicitur. Non potes ergo ista tueri, Torquate, mihi crede, si te ipse, & tuas cogitationes, & studia perpereris. pudebit te, inquam illius tabula, quam Cleanthes, sanè commode, verbis depingere solebat. Jubebat eos, qui audiebant, secum ipsos cogitare pictam in tabula VOLVPTATEM, pulcherrimo vestitu, & ornatu regali, in folio sedentem: præstito esse virtutes, ut ancillulas, quæ nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi ut voluptati ministrarent, & eam tantum ad aurem admovent, (si modò id pictura intelligi possit,) ut caveret, 13 nequid periceret imprudens, quod offenderet animos hominum, aut quidquam è quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem virtutes sic natæ sumus, ut tibi serviremus: 14 aliud negotii nihil habemus. At negat Epicurus (hoc enim vestrum lumen est) quemquam qui honestum vivat, jucundè posse vivere, quasi ego id crederem, quid ille ajat, aut neget. illud quæro, quid ei, 15 qui in voluptate summum bonum putat, consentaneum sit dicere: Quid offers 16 cur Thorius, Postu.

1. Hunc verò beatum oratio quidem vestra sic cogitat. Nihil lectio, si credendum Pal. pr. qui habet: Hunc verò beatum oratio quidem vestra sic cogitat, rectè, dummodo referatur: Hunc verò beatum, ratio quidem vestra cogitavit: ego quid, &c.
 2. Tum ipsum. Pal. idem, eum ipsum, melius.
 3. Bella magna gesserat: sic Cæsar. Hand aliter Pall. pr. sine illo &c.
 4. Illi perpetuus erat volens. Neotericæ edd. voluntarius, sed præter Pall. sex & olim Rufosetiam Victorianum & Camerarianum, quibus com sentit oratio subsequens.
 5. Testata civeis. Ita omnes Pall. nempè civeis, excepte sexto, in quo testata civeis vi. hoc moneo: quia video quosdam non abhorre ab, testata civeis: inter quos & Gulielmus, interpretatur quæ de testata, quomodo locutus & Propertius. male nec refert quod domi se interfectis Lucretia, ad juratio enim æpè: testatur Deos hominesque absentes, quam præterens. Scaligeri verus habebat testata civeis.
 6. Virginem filiam sua manu. Longè istud venustius quàm vulgatum, Virginem, quod etiam tantum in uno Palatino, alterum in ceteris omnibus: neque secus ed. no Victorii.
 7. Summo in imperio. Nihil pejor, si non melius Pall. quatuor, summo imperio.
 8. Nunc verò, quoniam, &c. Paullos Manucius aptus putabar ad sententiam: Nunc verò, & ita quoque Pall. quatuor: sed pr. cimen & ceteris propugnant vulgatum; pro quo sunt hæc explorum copiam, quam statim exhibet auctor, verbaque omnia subsequenti ad idipsum dixerim vociferantur.
 9. Atticus offerit. Vocem postremam erivnunc primum ex Pal. pr.

ac tertio, hæc tenes delituit.
 10. Quæro: quoniam vivere habere istum sat est. Vix se tenuit manus, quin funditus erad. careo, voces quatuor à fine, tanquam libarii positus quàm Tuillii. certè nulla ejus fibra, imò umbra in optimo illo nostro Palatino Staliger indicavit fuisse in suo codice ac Morelli, vixit? . . . quibus punctis si voluit ostendere dictiones eas abuisse iisdem libris, tam factam habemus.
 11. De Themistocle loqui. Vulgata lectio Themistocle, minus rectè, & contra quinque Palatinos quorum plerique Themistocle aut Themistocle, primus vero, Themistocle, cum prus fuisset Themistocle, consulantur notæ Lambiniana nam & Scalig. lib. Themistocle.
 12. At cum tuis cum differas. Melius quod est in Pal. præ manu emendatoris, tuis tu differas.
 13. Nequid periceret imprudens. Pal. ille melior, succurrer. nec video cur displicerit.
 14. Aliud negotii nihil habemus. Antiquè Pal. pr. & quart. aliud negotium nihil habemus.
 15. Qui in voluptate summum bonum putat. Pal. pr. pona. rectè, alias hæud absurda conjectura Gulielmi, qui voluptatis summum bonum putat.
 16. Cur, Thorius, Postumius, cur Chisus, &c. Ita omnes editi neque recedit Pal. pr. quàm transposuit vocum, cur Thorius, cur Chisus Postumius, ceteri nostri nulli insistant scripturæ vulgatæ, nisi quod unus acque alter, cur Chisus unita voce videantur alix lectiones in Mons Fulvii Vestini. Scaliger annotavit alias legi Chisus, plerique substituit, cur Thorius, cur C. Horius Postumius, qui primus murenarum novarum excogitavit, rectè Plinio l. h. ix. Nat. Hist. cap. 155.

Postulamus, cur Chius, cur omnium horum magister, Orator non jucundissime vixerit? Ipse negat, ut ante dixi, luxuriosorum vitam reprehendam, nisi plane fatui sint, id est, nisi aut cupiant, aut metuant, quarum ambarum rerum cum medicinam pollicetur, luxuria licentiam pollicetur. his enim rebus detractis, negat se reperire in afororum vita quod reprehendat. non igitur potestis voluptate omnia dirigentes, aut tueri, aut retinere virtutem, nam nec vis bonus, ac justus haberi debet, qui ne malum habeat, abstinet se ab injuria. nostri credo illud:

1. Nemo pius est, qui pietatem

Cave quidquam putes esse verius, nec enim, dum metuit, justus est; & certe, si metuere destiterit, non erit, 2 non metuet autem, si ve celare poterit, si ve opibus magnis quidquid fecerit obtinere; certeque malet existimari bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur. Ita, quod certissimum est, pro vera, certeque justitia, simulationem nobis justitia traditis; praecipitque quodam modo, ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. Quae dici eadem de ceteris virtutibus possunt: quarum omnium fundamenta vos in voluptate, tanquam in aqua ponitis. Quid enim? forte ne possimus dicere eandem illum Torquatium? delector enim, quamquam te non possum, ut ais, corrumpere: delector, inquam, & familia vestra, & nomine. 3 & hercule mihi vir optimus, nostrique amanti simus, A. Torquatus, versatur ante oculos: cujus quantum studium, & quam insigne fuerit erga me temporibus illis, quae nota sunt omnibus, scire necesse est utrumque vestrum. quae mihi ipsi, qui volo & esse, & haberi gratus, grata non essent, nisi cum perspicerem mea causa mihi amicum fuisse, non sua: nisi hoc dicitis, tua quod interest omnium recte facere. si id dicitis, vicimus. id enim volumus, id contendimus, ut OFFICII FRUCTUS, SIT IPSVM OFFICIVM. Hoc ille tunc non vult, omnibusque ex rebus voluptatem, quasi mercedem, exigit, sed ad illum redeo. Si voluptatis causa cum Gallo apud Anienem depugnavit provocatus, & ex ejus spoliis sibi & torquem, & cognomen induit 4 nullam aliam ob causam, nisi quod ei talia facta, digna viro videbantur; sortem non puto. 5 Jam si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno verbo, temperantia, penae, aut infamiae metu coerebuntur, non sanctitate sua se trabuntur: quod adulterium, quod stuprum, quae libido non se propiciet, ac projiciet aut occultatione proposita aut impunitate, aut licentia? Quid? illud, Torquate, quale tandem v detur? te isto nomine, ingenio, gloria, quae facis, quae cogitas, quae contendis, quo referas, cujus rei causa perficere, quae conaris, velis, quod optimum denique in vita judices, non audere in conventu dicere? quid enim mereri velis jam, cum magistratum inieris, & in concionem ascenderit, (est enim tibi edicendum, quae sis observaturus in jure dicendo: & fortasse etiam, si tibi erit visum, aliquid de majoribus tuis, & de te ipso dicere, more majorum) quid merearis igitur, ut

te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse? teque nihil tecisse in vita, nisi voluptatis causa? An me, inquis, tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar? At tu eadem ista dic in judicio, aut, si coronam times, dic in senatu: numquam facies, cur, nisi quod turpi est oratio? mene ergo, & Triarium, dignos exitimas, apud quos turpiter loquere? Verum, esto, verbum ipsum voluptatis non habet dignitatem: nec nos fortasse intelligimus. hoc enim itentidem dicitis, non intelligere nos, voluptatem quam dicitis. Rem vides difficilem, & obscuram. 6 individua cum dicitis, & intermundia, quae nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus: voluptas, quae passeribus nota est omnibus, a nobis intelligi non potest? quid, si efficio, ut fateare, me non modo, quid sit voluptas, scire, (est enim jucundus motus in se) sed etiam, quid eam tu velis esse? tum enim eam ipsam vis, quam modo ego dixi: & nomen imponis, in motu ut sit, & faciat aliquam varietatem: tum aliam quamdam summam voluptatem, cui addi nihil possit: eam tum adesse, cum dolor omnis abest, eamque stabilem appellas. sit sane ista voluptas. dic in quovis conventu, te omnia facere, ne doleas. si ne hoc quidem satis ample, satis honeste dici putas; dic te omnia & in isto magistratu, & in omni vita, utilitatis tuae causa facturum, nihil nisi quod expediat, nihil denique nisi tua causa: quena clamorem concionis, aut quam spem consulatus ejus, qui tibi paratissimus est, futuram putes? 7 carne rationem sequare, quae tecum, ipse cum tuis utat. proficere autem, & in medium proficere non audeat? At verò illa, quae Peripatetici, quae Stoici dicunt, semper tibi in ore sunt, in judicis, in senatu, OFFICIUM, 8 AEQUITATEM, DIGNITATEM, FIDEM, RECTA HONESTA DIGNA IMPERIO, DIGNA POP. ROM. OMNIA PERICULA PRO REPUBLICA, MORI PRO PATRIA, haec cum loqueris, 9 nos barones stupemus: ut videlicet tecum ipse ridens nam inter ista tam magna verba, tamque praeciosa, non habet ullum voluptas locum, non modo illa, quam in motu esse dicitis, quam omnes urbani, rustici, omnes, inquam, qui Latine loquuntur, voluptatem vocant: sed ne haec quidem stabilis, quam, praeter vos, nemo appellat voluptatem. 10 Vide, ne non debeas verbis nostris uti, sententis tuis. Quod si vultum tuis, 11 si mactum fringens, quae grauer videre, non esset tui similis: verba tu fringas, & ea dicas, quae non sentias, aut etiam, ut vestitum, si sententiam habes aliam domesticam, aliam forensam, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur? Vide, quae, recte tunc sit, mihi quidem BARBARAE VIDENTUR opiniones, quae honestae, quae laudabiles, quae gloriose, quae in senatu, quae apud populum, quae in omni coetu, 12 concilioque proferendae sint: ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere. Amicitiae verò locus ubi esse potest, aut qui amicus esse cuquam, quem non ipsum amicitiae propter ipsum? quid autem est amare, è quo nomen ductum amicitiae est, nisi velle bonis aliquid affici quam

1. Nemo pius est qui pietatem. Cave quidquam, &c.) Expressi fidenter quod erat in Pal. pr. quod meminisse Tullium saepe dimidiatos laudare verbus, quasi proverb. alex. & alioquin illud cave quod addebant editiones al. nihil in se continet, quo sensus melius sit Fulvii Vrsini amicus coniciebat, qui pi metu agit. Gulielmus verò, qui pietatem metu capis. Scaliger: Nemo pius est qui pietatem, cum caveo.

2. Non metuet autem, si ve celare poterit, si ve opibus magnis, quidquid fecerit, obtinere: certeque malet. Ita Paullus Manutius ex scripto Massici libro, cui respondeat omnino Pal. pr. quam quodis, malet.

3. Et hocale mihi vis optimus. Sic etiam Lambiniani, nedum Palatinus ille primus nam reliqui modo, vis; ut editi.

4. Nihil aliam ob causam, &c.) Man. & Lamb. aliam, sed nolentibus mihi, certe non rris, uno & ratione, & loquendi consuetudine.

5. Jam si pudor, si modestia, & loquendi consuetudine. 6. Torquate, si tibi erit visum, aliquid de majoribus tuis, & de te ipso dicere, sed nemo aufertur e.

6. Tullio: cum cum dicitur in & intermundia. Verba bina cum dicitur revo-

cavi ex Pal. pr. ac tert. fuerat idem antea Victorius, sed iterum eiecerit editores sequentes.

7. Eam rationem sequere. Pal. pr. tunc variem igitur sequere, quod igitur etiam est in tertio; & intercedendum videtur.

8. Aequitatem, dignitatem, fidem, &c.) Sic quoque ille Palatinus, non ut coniecit nonnulli, aequitas, dignitas, fides, neque opus est ullo modo, nostra interpolatione.

9. Nos barones. Ita omnes Palatini ad unum, neque secus aliorum mss. non varient, aut variant.

10. Vide ut non debeat. Palatinus ille: Vide igitur, ut non debeat, quae particula haec habet quod agat Scalig. vetus, vide ut non dubitet.

11. Si mactum fringens. Nescio an non sit librarum vitium, quod reperi in Pal. pr. fringere.

12. Concilioque proferenda sunt. Membranæ eadem item Scalig. profertenda; neque displicet.

quàm maximis, etiam si ad se ex illis nihil redeat? Et quidem prodest, inquit, mihi eo esse animo. Immo videtur fortasse, 2 esse enim, nisi eris, non potes. qui autem esse poteris, nisi te amor ipse ceperit? quod non 3 sub dubia utilitatis ratione effici solet, sed ipsum à se oritur. & sua sponte nascitur. At enim sequor utilitatem. Manebit ergo amicitia tam diu, quàm diu sequitur utilitas? & si utilitas amicitiam constituit, tollit eadem. Sed quid ages tandem, si utilitas ab amicitia (ut sit saepe) defecerit? relinquesne? quæ ista amicitia est? retinebis? qui convenit? quid enim de amicitia statueris, 4 utilitatis causa expetenda? vides. Ne in odium venias, si amicum delitero tueri. Primum, cur ista res digna 5 odio est, nisi quod est turpis? Quod si, ne quo incommodo a ficiare, non relinques amicum: tamen, ne sine fructu alligatus sis, ut moriatur, optabis. Quod si non fructu utilitatem tibi nullam afferet, sed salute rei familiaris erunt faciunda, labores suscipiendi, ad eundem vitæ periculum: ne tunc quidem te respicies, & cogitabis sibi quemque natum esse, & suis voluptatibus? vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico: ut Pythagoreus ille 6 fecit Siculo tyranno? aut Pylades cum sis, diceres te esse Orestem, ut moriare pro amico? aut, si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares? & si id non probares, quo minus ambo unà necaremini, 7 non precare? Faceres tu quidem, Torquate, hæc omnia. nihil enim arbitror magna laude dignum, quod te pratermissurum credam aut mortis, aut doloris metu. non queritur autem, quid natura tua contentanemur, sed quid disciplina. ratio ista, quam defendis; præcepta, quæ didicisti, quæ probas, funditus evertunt amicitiam: quamvis eam Epicurus, ut facit, in cælum efferat laudibus. At coluit ipse amicitias. Quasi quis illum neget & bonum virum, & comem, & humanum fuisse. de ingenio ejus in his disputationibus, non de moribus queritur. In ista in Græcorum levitate pervertitur, qui male dictis insectantur eos, à quibus de veritate dissentiunt. Sed quamvis comis 8 in amicitia tuendis fuerit, tamen, si hæc vera sunt, (nihil enim assero) non satis acutus fuit. At multis se probavit: & quidem jure fortasse: sed tamen NON GRAVISSIMUM EST TESTIMONIUM MULTITUDINIS; in omni enim arte, vel studio, vel quavis scientia, vel in ipsa virtute, optimum quidque rarissimum est. Ac mihi quidem, quod & ipse bonus vir fuit, & multi Epicurei fuerunt, & hodie sunt & in amicitia fideles, & in omni vita constantes, & graves, nec voluptate, sed officio consilia moderantes, hoc videtur major vis

honestatis, & minor voluptatis. Ita enim vivunt quidam, 9 ut eorum vita refeclatur oratio, atque ut ceteri existimantur dicere melius, quàm facere: sic hi in hi videntur facere melius, quàm dicere. Sed hæc nihil sinit ad rem. illa videtur, quæ à te de amicitia dicta sunt. & quibus enim mihi videbat ab ipso Epicuro dictum cognoscere: amicitiam à voluptate non posse divelli. ob eamque rem, colendam esse, 10 quod sine ea tutò, & sine metu vivi non posset, nec jucundè quidem posset. Satis est ad hoc responsum, attulisti aliud humanius horum recentiorum, numquam dictum ab ipso illo, quod sciam; primo utilitatis causa amicum expetere: cum autem usus accessisset, tum ipsum amari propter se, etiam omiſſa spe voluptatis. hoc etſi 11 multis modis reprehendi potest, tamen 12 accipio quod dicit mihi enim satis est, ipsis non satis. nam aliquando posse rectè fieri dicunt, nulla expectata, nec quaſita voluptate. 13 Possuisti etiam, dicere alios, foedus quoddam inter se facere sapienter, ut quemadmodum sint in se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos: id & fieri posse, & saepe esse factum, & ad voluptates percipiendas maxime pertinere. Hoc foedus facere si potuerunt, faciunt etiam illud in æquitate, modestiam, virtutes omnes per se ipsas grati diligunt. At vero si fructibus, & emolumentis, & utilitatibus amicitias colimus, si nulla caritas erit, quæ faciat amicitiam ipsam sua sponte, vi sua, ex se, & propter se expetendam; dubium est, quin fundus, & insulas amicis autepanemus? Licet hæc rursus ea commemorare, quæ o. timis verbis ab Epicuro de laudibus amicitie dicta sunt. non quæ ro, quid dicat, sed quid convenienter possit rationi, & sententia sua dicere. Utilitatis causa amicitia est quaſita. num igitur utilitorem tibi hunc Triarium putas esse posse, 14 quàm si tua sint, Puteolis gramina? collige omnia, quæ soleris; PRÆSIDIVM AMICORVM. Satis est tibi in te, satis in legibus, 15 satis & in mediocribus amicitis præsidium contemni non poteris. odium autem & invidiam facile vitabis. ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur, & tamen 6 non tantis vestigalibus ad libertatem utens, etiam sine hac Pyladea amicitia, multorum te benevolentia præclare & roebere, & munice. At quicum sola seria, ut dicitur, quicum atæana, quicum oculata omnia? Tecum optimè: deinde etiam cum mediocri amico. Sed fac ista esse 17 non inoportuna: quid ad utilitatem tantæ pecuniae? Vides igitur, si amicitiam sua caritate metare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summam familiaritatem, prædiorum pretiosorum mercede superari. M. igitur

L. SV M

1. Et quidem præd. inquit, mihi est esse animo. Sic ferè Pall. nisi quod hæc dignitas quidem inethoresque habentis inquit. Victorius: Quod præd. inquit mihi in esse animo. Manutius: Equid præd. inquit mihi est, & peſſime alium: quod moneo quia eadem lectio acquiescat Brutus.

2. Iſt enim niſi non potes. Fulvii Verſi codex, niſi ſis, cui nullus noſtorum adſtipulatur, etiam ſi ſcripturæ non male.

3. Sub dubia utilitatis ratione. Lambinus ſubdicit præter exemplaria calamo exarata.

4. Ut ſatis causa expetenda. Verba ſibi hæc tria tollunt Paulus Manutius, ac Lambinus: ſed in v. tis miſſ. & mente auctoris, nam Epicureum hoc erat, nihil facere niſi utilitatis ſortæ causa, ac ſupra auditum eſt.

5. Odio eſt, niſi quod eſt turpis? Quod ſine qua, & c. Debetur palmaria ſibi commendatio Palatino prætoris clara eſt, ut de ea dubitari nequeat. ut vulgata lectio, nihil erat inquinatius; Lambiniana correptione, nihil dilucius.

6. Fecit Siculo tyranno. Dicitur poſtremo videtur adnotamentum Scholiæſtæ.

7. Non precare. Sic miſſ. noſtro omnes, ſic antiquus impreſſi; etiam Victor recentiores obſervant nobis deprecari, quare noſtrot.

8. In amicitia caranda. Ita quidem Victorii editio & ſequentes, verum alii veros, in amicum quomodo & Pall. ſex.

9. Veram vitam reſtituere. Reduxi ſcripturam veterem, tam colorum, quàm manu exaratorum codicum. recentiores enim, vita præterit, reſtituere etatis.

10. Quod ſine caritate, & c. Acute admodum Paulus Manutius con-

ſinit, quod ſine ea, & c. ſed hæreo adhuc an admittere debeat.

11. Melius miſſu reprehendi. Pal. præ. malis modis aut multis modis, nam ſyllaba ultima ſcripta eſt per notam.

12. Accipio quod dicit. Malim dicit, ob ſtatim ſequentia: & verò ſic quæque ille præ. Pal.

13. Poſuisti etiam. Ita planè Pal. præ. quod longè heic optius illo vulgato autem. ideoque ſtatim eſt.

14. Quomodo ſi tua ſint, Puteolis gramina. Palatini quatuor propugnant hanc ſcripturam, nam tert. gramina. ac enim primos ille reſtiterat gramina: ut vix in hi dubium fiat, quum ita ſcribendum, ſed hæc prætoris maſculola, ut ſit nomen fundi admodum uberis in tractu Puteolano. videatur tamen Victorius ſuper vulgata lectione libro vi. Var. lect. cap. 12. Muretus verò eidem adverſarius libro vii. Var. lect. cap. 20.

15. Satis in mediocribus amicitis præſidium. Palat. ille præ. præſidium, manſuetique: neque reſugerim; præſertim cum ſic quoque compareat in ceteris Pall. quamvis alia diſtinctione; ea ſcilicet quam & in ſuo reſepit Fulvius noſter Verſinus.

16. Non tanta veſtigalibus ad libertatem utens. Revocavi exoletam editionum ſcripturam perniciter hærentem in Palatinis omnia, tanto magis quod diſpliceret Lambino, cui in deliciis ad libertatem interim monebat leſtor nondum Tullio ſuam reddidit ſententiam: etiam negatam non, quæ nulla proſur eſt in Pal. primo; hæc que menti lequent s maxime adverſatur, meo quidem iudicio, quod quod idem non ſubductum lineis in Scægeriano.

17. Non inoportuna. Ita quoque Pal. præ. non inoportuna; ut prius editi.

L. Inſi-

in p s y m ames oportet, non mea, si veri amici futuri sumus. Sed in rebus apertissimis nimum longi ius. perfectio enim, & conclusio, neque virtutibus, neque amicitis usquam locum esse, si ad voluptatem omnia referantur: nihil praterea magnopere dicendum. at tamen, ne cui loco non videatur esse responsum, paucas etiam nunc dicam ad reliqua in orationem tuam. Quoniam igitur omnis summa philosophia, ad beatè vivendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt: beatè autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis, item contra, & omnem felicitatem in dolore: id primum videamus, beatè vivere vestrum quale sit. Atque hoc dabitur, ut opinor, si modò sit aliquid, esse beatum *id opatore totum ponit in potestate sapientia*, nam, si amitti vita beata potest, beata esse non potest, quis enim confidit semper sibi illud stabile, & firmum permanentur, quod fragile & caducum sit? qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando, amissis illis, sit miser beatus autem esse in maximum verum timore nemo potest, nemo igitur esse beatus potest, neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis & vita beata duci solet; neque appellatur omnino vita beata, nisi confecta, atque absoluta: nec potest quisquam aliàs beatus esse aliàs miser, qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus non erit, nam cum semel est suscepta beata vita, tam permanet quam ipsa illa *esset dixit beata vita sapientia*: neque expectat ultimum tempus ætatis: quod Cælo scribit Herodotus præceptum à Solone, etenim, quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beatè vivendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna. Hæc dicuntur inconstantissimè cum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri majorem, quam finito, atque modico. Qui bonum omne in virtute ponit, is potest dicere *perfecti beatam vitam perficiunt virtuti*, negat enim summo bono afferre incrementum diem, qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, qui sibi is convenit, si negabit voluptatem crescere longinquitate? igitur ne dolorem quidem. An dolor longissimus quibz miserimus: voluptatem non optabiliorem diuturnitas facit? Quid est igitur, cur ita semper deum appellet Epicurus, beatum & æternum, dempta enim æternitate nihilo beator Jupiter, quam Epicurus, uterque enim summo bono fruitur, id est, voluptate & at enim hic etiam dolore, at eum nihil facit, ait enim se, si uratur, *quam hoc suave dicitur*. Qua igitur re à deo vincitur, si æternitate non vincitur? in qua quid est boni præter summam voluptatem, & eam sempiternam? quid ergo æternit gloriose loqui, nisi constanter loquat? in voluptate corporis (addam, si vis, animi, & dum ea ipsa, ut vultis sit quod & in corpore) situm est vivere beatè Quid? istam voluptatem perpetuam quis potest præstare sapienti? nam quibus rebus efficiuntur voluptates, hæc non sunt in potestate sapientis, non enim in ipsa sapientia positum est beatum esse, sed in iis rebus, quas sapientia comparat ad voluptatem, totum autem id externum: & *quod externum*

id in casu est, ita sit beata vita domina fortuna quam Epicurus ait exiguum inter venire sapienti. Age inquit: ista parva sunt, sapientem locupletat ipsa natura: cuius divitias Epicurus repugabile esse docuit. Hæc bene dicuntur: nec ego repugno: sed inter sese ipsa pugnant, negat enim *tenvisimo victu, id est contentissimis escis, & potionibus minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum*. Huic ego, si negaret quidquam interesse ad beatè vivendum, quali uteretur victu, concederem: laudarem etiam: verum enim diceret, idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, *cibi condimentum esse famem: potio frim*, sed qui ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Pifo, non audio, nec enim eum, quod sentiat, dicere existimo, Naturaleis divitias dixit repugabile esse, quòd parvo esset natura contenta, certe, nisi voluptatem tanti estimaretis. Non minor, inquit, voluptas percipitur ex vilissimis rebus, quam ex pretiosissimis. Hoc est non modò cor non habere sed ne palatum quidem qui eum voluptatem ipsam contemnant, iis licet dicere, se accipenserem menæ non anteponeere cui verò in voluptate summum bonum est, huic omnia sensu, non ratione sunt iudicanda: eaque dicenda optima, qua sunt suavissima. 6 Verum esto: consequatur summus voluptates, non modò parvo, sed per me nihilo, si potest: sit voluptas non minor in nascituro illo, quo vesci Perias esse solitos scribit Xenophon, quam in Syraculanis mensis, quæ à Platone graviter vituperantur: sit, inquam, tam facilis, quam vultis, voluptatis comparatio: quid de dolore dicemus? cuius tanta tormenta sunt, ut in his beata vita, si modò dolor summum malum est, esse non possit ipse enim Metrodorus pænè alter Epicurus, beatum esse describit his ferè verbis: *cum corpus bene constitutum sit, & sit exploratum, ita futurum*. An id exploratum cuiquam potest esse? quo modo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperam? dolor igitur, id est summum malum, meruerit semper, etiam si non aderit, iam enim adesse poterit, qui potest igitur habitare in beata vita summi mali metus? Traditur, inquit, ab Epicuro ratio negligendi doloris. Jam ipsum absurdum, maximum malum negligi, sed qua tandem illa ratio est? *Maximum dolor, inquit, brevis est, primum, quid tu dicis, breve? s deinde dolorem quem maximum? quid enim? summus dolor plures dies manere non potest? vide ne etiam menses, nisi fortè eum dicis, qui simulque arripuit, interficat*, quis istum dolorem timet? illum mallem levares, quo optimum atque humanissimum virum, Cn. Octavium, M. filium, familiarem meum, confici vidi: nec verò semel, nec ad breve tempus, sed & sæpe planè, & diu, quos, ille, dii immortales, cum omneis artus ardere viderentur, cruciatus perfererat? nec tamen miser esse, quia summum id malum non erat: tantummodò laboriosus videbatur, at miser, si in vitiosa, & flagitiosa vita afflueret voluptatibus. Quòd autem magnum dolorem brevem, longinquum levem esse dicitis: id non intelligo, quafi sit, vidè enim & magnos, & s eosdem bene longinquos dolores: 10 quorum alia tole-

1. Infelicitatem omnium. Pal. idem; miseriam omnium, quomodo item Scal.
 2. Vita beata duci solet. Communi lectio dicit, sed contra Pall. omnnes item Victorii editionem.
 3. At tamen hic etiam dolore, at tamen &c. Sic iterum Pall. & edit à Victorio, in præfatione recentiores, nam eam &c.
 4. Dum ea ipsa, ut vultis, sit, quod & in corpore. Hand secus Aldus avus, secutusque est Victorius, at Neqos, dum à ea ipsa Pal. pr. n. h. l. 4. (separat à priore scriptura, n. si in fine, habet enim tantum, sit & est, reliqui admittunt eandem quod, sed excludunt tamen in; præter tertium, mal. m. dum ea ipsa, ut vultis, sit & in corpore.
 5. Percipitur ex vilissimis. Est à Pal. pr. vulgati, præ tam eum l. quod dupliciter & Lambino; expant itque, sed sine auctoritate librorum pluresiorum.
 6. Verum esto: consequatur summus voluptates, non modò parvo, sed per me nihilo.)

Expressi Palatini primi scriptoram; quam parte sua subodoratos est non tam Lambinus, quam P. Manutius, haud etiam integrè publicavit: *Vitum istum modo consequatur summus voluptates, non modo parvo, sed ferè in hile, quod & in omnibus Palatinis; adeo ut vix credam Lambino adfirmanti in nullo locum comparari se vocem mids. Invasit nimicor conjecit eam Manutius, & adoravit velut pro suo.*
 7. Quomodo esse habiturum. Pal. pr. se ha. forte se hic.
 8. Deinde dolorem quem maximum. S & Pal. pr. optime, neque aliter coniecit Manutius, & post pium Lambinus.
 9. Quomodo bene longinquos. Illud bene, reduxi, suaviu Pall. editionis, que Victorii.
 10. Quorum alia toleratio est verior, quas &c. Non potui amplius subtrahere scripturam Pal. pr. qua videbam loco isti melius fore quam prius cum legeretur: *Quadam alia toleratio est verior.*

ratio est verior; qua uti vos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis. Fortitudinis quaedam praecepta sunt, ac parè legi, quæ effeminari virum vetant in dolore. quamobrem turpe putandum est, non dico dolere (nam id quidem est interdum necesse), sed saxum illud Lemnium clamore Philoſteto funestare:

*Quod exultat, quæstu, gemitu, fremitibus
Reſonando & multum, flebilis voces refert.*

2. Huic Epicurus comparat se, si potest;

Cui viperino morsu vene viscerum

Ventris ambuſa tetros cruciatibus ciant.

Sit Epicurus Philoſteta: si gravis dolor brevis. At jam decimum annum in spelunca jacet. Si longius, levis. dat enim intervalla, & relaxat. Primum non saps: deinde quæ est ista relaxatio cum & prateritis doloris memoria, recens est: & futuri atque impendentis torquet timor? Moriatur; inquit. Fortasse id optimum, sed ubi illud, Plus semper voluptatis? si enim ita est; vide, ne facinus facias, cum mori susideas. Potius ergo illa dicantur, turpe esse viro debilitari, dolore frangi, succumbere, nam ista vestra, si gravis, brevis: si longus, levis, & dictata sunt virtutis magnitudinis animi, patientiæ, fortitudinis fomentis dolor mitigari solet. Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus: 4. & intellige, facta ejus cum diotis discrepare. EPICURVS HERMACHO S. Cum ageremus, inquit, vita beatum, & eundem supremum diem scribebamus hæc, & tanti autem morbi aderant vesica, & viscerum, ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. 5. Ecce miserum hominem si dolor, luminum malum est dici aliter non potest, sed audiamus ipsum: Compensabatur tamen, inquit, cum hu omnibus animi lætitiis, quam capiebam memoria rationum, inventorumque nostrorum. sed tu, ut dignum est tua erga me, & erga philosophiam voluntate 6. ab adolescentulo suscepta, fas ut Metrodoro tuare liberos. Non ego jam Epaminonda, non Leonida mortem hujus morti antepono: quorum alter cum vicisset Lacedæmonios apud Mantineam, simulque ipse gravi vulnere exanimari se videret; ut primum dispexit, quæſiuit, saluum esse clypeus, cum saluum esse scientes sui respondissent: rogavit, essentne susi hostes: cumque id quoque, ut cupiebat, audivisset, evellit iussit eam, qua erat transfixus, hætam, ita multo sanguine profuso, in lætitiis, & in victoria est mortuus. Leonidas autem, rex Lacedæmoniorum, se in Thermopylis, trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, cum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Prælaræ mortes sunt imperatoria, philosophi autem in suis læculis plerumque moriuntur. 7. Refert tamen quod sibi videtur esse moriens magna lætitiis. Compensabatur, inquit, cum summis doloribus lætitiis. Audio equidem philosophi

vocem, Epicure; sed, quid tibi dicendum sit, oblitus es. primum enim, si vera sunt ea, quorum recollectione te gaudere dicis, hoc est, si vera sunt tua scripta & inventa; gaudere non potes. nihil enim jam habes, quod ad corpus referas. est autem à te semper dictum, nec gaudere quemquam nisi propter corpus; nec dolere. Prateritis, inquit, gaudeo. Quibusnam prateritis? si ad corpus pertinentibus, rationes tuas te video compensare cum istis doloribus, non memoriam corpore perceptarum voluptatum. si autem ad animum; falsum est; quod negas animi ullum esse gaudium, quod non referatur ad corpus. Cur deinde Metrodoro liberos commendas? 8. quid ex isto tuo egregio officio, & tanta fide (sic enim existimo) ad corpus refertis? Huc, & illuc, Torquate, vos verſetis licet: nihil in hac præclara epistola scriptum ab Epicuro congruens, & conveniens decretis ejus reperietis. ita redarguitur ipse à se; 9. veniuntque scripta ejus probitate ipsius, ac moribus. nam ista commendatio puerorum, memoria, & caritas amicitia, summorum officiorum in extremo spiritu conservatio, indicat innatam esse homini probitatem gratuitam, non invitata voluptatibus, nec præmiorum mercedibus evocata. quod enim testimonium majus quaerimus, qua honesta & recta sint, ipsa esse optabilia per sese, cum videamus 11 tanta officia morientis? Sed, ut epistolam laudandam arbitror eam, quam modo totidem ferè verbis interpretatus sum (12 quamquam ea cum summa ejus philosophi nullo modo congruebat) sic ejusdem testamentum non solum à philosophi gravitate, sed etiam ab ipsius sententia iudico discrepare. scripsit enim, & multis sæpe verbis & breviter, atque, in eo libro, quem modo nominavi mortem nihil ad nos pertinere. quod enim dissolutum sit, id esse sine sensu: quod autem sine sensu sit, id nihil omnino ad nos pertinere. hoc ipsum elegantius poni, meliusque potuit, nam quod ita positum est, Quod dissolutum sit, id esse sine sensu, id ejusmodi est, ut non satis planè dicat, quid sit dissolutum. sed tamen intelligo, quid velit. quaero autem, quid sit, quod, cum dissolutione, id est, morte sensus omnis extinguitur: & cum reliqui nihil sit omnino, quod pertineat ad nos: tam accurate, tamque diligenter caveat, & lanciat; Ut Amyntachus & Timocrates, heredes sui, de Hermachii sententia dent, quod satis sit ad diem ægenatum natalem suum quotannis, mense Gamelione: utique omnibus mensibus, vicissim die luna, dent ad eorum opulas, qui unà secum philosophari sint, ut & sui, & Metrodoro memoria colatur. Hæc ego non possum dicere non esse 13 hominis & belli, & humani; sapientis verò nullo modo, phisici præsertim, quem se ille esse vult, putare ullum esse cujusquam diem natalem. Quid verere potest esse dies sapientis, qui semel fuit? certe non potest an ejusdemmodi: ne id quidem, 14 nisi cum multa annorum

Z z z

inter-

1. Meliorem flebilis vocis refert.] Magis istud probo subaxum fide veterum editionum omnium, quam nuper natum, meliorem, quod tantum reperit in duobus Pal. cum servarent alterum numero quatuor interque alios ille primus.

2. Huic Epicurus comparat se si potest.] Lectio nata ex P. Manuti conjectura prius enim legebatur: Huic Epicure comparat; & si potest, quomodo etiam est in Pall. sed non in primo; qui tantum servat, Huic Epicure & si potest, quod melius vulgato, quamvis tamen affirmata, reſta autem locum, sic esse perſinatam.

3. Dissoluta sunt, vitium, &c.] Nescio an non distingui possit; dissoluta sunt vitium, magnis vitium animi patientia, fortitudinis, fomentis dolor mitigari solet.

4. Et intellige facta tuus, &c.] Non male: sed tamen Pal. pr. ut innotuit.

5. Tanti autem morbi aderant vesica & viscerum.] Discrepat & heic ab veteris Pal. pr. tantum aderant vesica & viscerum morbi.

6. Ecce miserum hominem.] Vox hæc non conspicitur in primo, neque omnino desideratur.

7. Ab adolescentulo suscepta.] Sic editio Victorii, neque aliter Pall. sex recentiores, ab adolescentulo, quomodo & Aldus senior, sed proculdubio à manu Scholiastis.

8. Refert tamen quod sibi videtur esse moriens magna lætitiis.] Iectionem hanc, cui manuziana sit, facit Pal. pr. in quo: Refert tamen quod modo

sibi videtur esse moriens, magna lætitiis.

9. Quod ex isto, &c.] Vocula ex in nullo est Palatinorum, neque agnoscit editio à Victorio liber.

10. Veniuntque scripta ejus.] Palatinus ille pr. vitiumque, quod cum referat Lambinus existit etiam in aliorum libris non video cur postponi debeat vulgato.

11. Non invitata voluptatibus.] Sic legendum dixerat Lambinus, omnibus libris invidis; cum vulgaretur invidiam, aut mutationem, ac verò sic ante ipsum ediderat Petrus Victorius ex quoque ea scriptura discreta in Pal. pr. tert. lexco.

12. Tanta officia morientis.] Ita Victorii editio, & Pal. pr. vulgari interterere, tanta esse officia.

13. Quamquam ea cum summa.] Haud aliter Pal. pr. nam tert. tam summa sententia. Vulgat' aliter adsumperunt, minus recte, cum id vocis paulo post iterum sequatur, & verò Victorius illud hic etiam re vocatum voluit; sed nemo eum voluit sequi, ac ecce tamen idem Tullius libro de legibus lib. cap. 7. f. Legio à me edentur non perſilla sed ipse summa rerum ac sententia.

14. Hominis & belli & humani.] Pal. pr. hominis quamvis & belli &c. non male, sicque etiam Victorii editio.

15. Nisi cum multa annorum, &c.] Palat. pr. excludit voculam cum, neque ea nobis opus.

intercesserint millia, & ut omnium siderum eodem, unde profecta sint, fiat ad unum tempus reversio: nullus est igitur cujusquam dies natalis. At habetur. Et ego id scilicet nesciebam, sed, ut sit, etiam me post mortem coletur: idque testamento cavebit is, qui vobis quasi oraculum ediderit, nihil ad nos pertinere post mortem? Hæc non erant ejus, qui innumerabileis mundos, in finitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragrasset, numquid tale Democritus? ut alios omittam, hunc appello, quem ille unum securus est. Quod si dies notandus fuit, eumne potius, quo natus, an eum, quo sapiens factus est? Non potuit, inquit, fieri sapiens, nisi natus esset. & isto modo ne si a via quidem ejus nata non esset. Res tota, Torquate, non doctorum hominum, velle post mortem epulis celebrari memoriam sui nominis, quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quantum hominum facietorum urbanitatem incuratis, non dico. Nihil opus est litibus, tantum dico, magis fuisse vestrum, agere Epicuri diem natalem, quam illius, testamento cavere, ut ageretur. Sed, ut ad propositum revertamur, (de dolore enim cum dicebamus, ad istam epistolam delati sumus) nunc totum illud concludi sic licet. Quid in summo malo est 4 is tum, cum in eo est, non est beatus, sapiens autem semper beatus est, & est aliquando in dolore, non est igitur summum malum dolor. Jam illud quale tandem est? BONA PRÆTERITA non effluere sapienti, mala meminisse non oportere. Primum in nostrane potestate est, quid meminimus? Themistocles quidem, cum ei Simonides, aut quis alius artem memorie polliceretur, obliuioni, inquit, malum nata memini etiam qua volo, obliuisci non possum qua volo. Magno hic ingenio, led res se tamen sic habet, ut nimis imperiosi philosophi sit, vetere meminisse, vide, ne ista sint Mælianæ vestra, aut majora etiam, si imperes quod facere non possint. Quid, si etiam jucunda memoria est præteritorum malorum? ut proverbialia nonnulla veriora sint, quam vestra degnata. vulgo enim dicitur, & Jucundi alibi labores: nec male Euripides: concludam, si potero, Latine: Græcum enim hunc versum nobis omnes:

7. *Sua vita laborum est præteritorum memoria.*

Sed ad bona præterita redeamus, quæ si à vobis talia diceantur, qualibus C. Marius uti poterat, ut expulsus, egens, in palude demersus, tropæorum recordatione levaret dolorem suum: audiret, & plane probarem. Nunc enim ad hoc solvi beata vita sapientis, nec ad exitum perducere poterit, si prima quæque bene ab eo consulta, atque facta, ipsius oblivione obruerentur. Sed vobis voluptatum perceptarum recordatio vitam beatam facit, & quidem corpore perceptarum, nam si quæ sunt palia, falsum est, omnis animi voluptas si est corporis societate. Corporis autem voluptas si etiam præterita delectat, non intelligo, cur Aristoteles Sardanapali, epigramma tantopere derideat, in-

quo ille rex Assyriæ gloriatur, se omnes secum libidinum voluptates abstulisse quod enim ne v. vus quidem, inquit, dicitur sentire poterat quam dum fruebatur; quomodo id potuit mortuo permanere? Fluit igitur voluptas corporis, & prima quæque & avolat, & piusque relinquere causas poenitendi, quam recordandi; itaque beator Africanus cum patria illo modo loquens.

Desino Roma tuos hostes: reliqua que præciare;

Namq; nihil monumenta meæ peperere labores.

Laboribus hic præteritis gaudet, tu jubes voluptatibus, hic se ad ea revocat, & quibus nihil umquam retulerit ad corpus; tu totus hætes in corpore. Illud autem ipsum qui obtineri potest, quod dicitur, omnes animi & voluptates, & dolores ad corporis voluptates, & dolores pertinere? Nihil ne te delectat umquam? video, quicum loquat, te igitur. Torquate, ipsum per se nihil delectat? omitto dignitatem, honestatem, spectem ipsam virtutem, de quibus antè dictum est: 10 hæc leviora ponam: potest, aut orationem, cum aut scribis, aut legis; cum omnium factorum, cum regionum conquiris historiam; signum, tabula, locus amœnus, iudi, venatio, villa Luculli, (nam si tuam dicerem, latebram haberes: ad corpus diceret pertinere) sed ea quæ dixi ad corpus referes? an est aliquid, quod te sua sponte delectet? Aut pertinacissimus fueris, si in eo pertinens ad corpus ea quæ dixi, referre: aut deserueris totam Epicuri voluptatem, si negaveris. Quod verò à te disputatum est, majores esse voluptates, & dolores animi, quam corporis; quia trium temporum particeps animus sit, corpore autem præsentia solum sentiantur; qui probari potest, ut is, 11 qui propter me aliquid, plus, quam ego ipse, gaudet? Animi voluptas oritur propter voluptatem corporis, & major est animi voluptas, quam corporis, ita sit, ut gratulator latior sit quam is, cui gratuletur. Sed, dum efficere vultis beatum sapientem, cum maximas animo voluptates percipiat, omnibusque partibus majores, quam corpore: quid occurrat, non videtis. animi enim quoque dolores percipiet omnibus partibus majores, quam corporis. ita miser sit aliquando necesse est is, quem vos beatum semper vultis esse, nec verò id, dum omnia ad voluptatem, doloremque referetis, efficietis nunquam. Quare aliud aliquid, Torquate, hominis summum bonum reperendum est. voluptatem bestiarum concedam uti: quibus vos de summo bono testibus uti soletis. Quid, si etiam bestie multa faciunt, duce sua quæque natura partim indulgenter vel cum labore; ut in gignendo, in educando perscile appareat, aliud quiddam iis propositum, non voluptatem? 12 turtures & cursu, & peregrinatione lætantur: congregatione aliorum quodam modo civitatis imitantur, videmus in quodam volucrium genere nonnulla indicia pietatis, cognitionem, memoriam: 13 in multis etiam desideria videmus. Ergo in bestiis erunt se-

cretæ

1. *Ut omnium siderum, &c.* Est à Victoriana, & omnibus Palatinis: vulgat, & nonnulla fid.

2. *Quam illius, insistant, &c.* Sic Pal. pr. & lex. respicitque ad præcedens vs. sum: quod deo mutari non debet cum Victorio, in verum vulgat, illam, quomodo nullus Mall. in quibus aut illam, aut illa.

3. *Sed et ad propositum revertamur.* Si sequimur auctoritatem Pal. pr. delectum illud revertamur, tanquam quod alioquin bellè subintelligatur.

4. *Ut summo in rebus.* Est à Palatino primo, vita tamen ut junctim ibi deprehendas. Num. Vulg. ist. facis frigidè, animadveritque Lambinus, & à e. mutavit in re tam.

5. *Simonides, aut quis alius.* Melius Pal. pr. an quis alius, parum interest hoc illo modo scribatur, sed cur non potius loquatur auctor verb. 2. quisquam alienis?

6. *Jucundi alibi labores.* Idem ms. & alii præterea quatuor jucunde alibi labores; neque fecus Ald. senis editio.

7. *Sua vita laborum est præteritorum memoria.* Est à Palat. pr. nam editi sua vita laborum, quod respicit Galielmos in, suæ, est lab.

8. *Avolat, & piusque relinquere causas.* Ita Pal. pr. & tert. quorum pr. quæ necesse habet causas. non malo. publicati ante Lambinum; avolat,

ut aq. h. sapine quæ, &c.

9. *Nihil ne te delectat umquam?* Sic Pall. sine illo Lambini, te sua sponte delectat, quod frustra magnificat Mich. Brutus.

10. *Hæc leviora ponam: potest, orationem, cum aut scribis, &c.* Sic ms. nostri forte; nisi quod aliquot omittant illed potest; primus verò ad apposito referat, potest a potest, orationem, cum, &c. ut loquar vocem ad hoc potest exterminandam.

11. *Qui propter me aliquid gaudet, plus quam ego ipse gaudet.* Ita quoddam editio Victorii, ac Aldi non agnoscit voces quinque postremas neque adeo utros Palatinorum: qui etiam uno consensu retinent. Quid probat, quædams in qui propter me aliquid gaudet, cum voluptatibus oritur.

12. *Turtures & cursu & peregrinationibus lætantur.* Sic aliquo: Pall. nam dicit: *Cicero & cursu*; sed lectio utraque morbida, si quidem sequimus Pal. pr. is enim solum habet, partim cursu, &c. Aliud certe quod latet, quod in hac festinatione jam non erit; aut sic potius legendum erit, nam illud turturæ sanè ineptissimum est.

13. *In multis etiam desideria videmus.* Est à Tasani codice, item Palli, omnibus; est non negem posse abjici vocem ultimam. hancque etiam expressit scripturam Victorius: olim casu, etiam discipulum videmus recitationes primo verbo retento deleverunt secundam.

otera à voluptate humanarum quædam simulacra virtutum: in ipſis hominibus virtus, niſi voluptatis cauſa, nulla erit? & ROMANI, qui ceteris animantibus plurimum præſtat, præcipui à natura nihil datum eſſe dicemus? Nos verò, ſi quidem in voluptate ſunt omnia, longè, multumque ſuperamur à beſtiis: quibus ipſa terra fundit ex ſeſe paſtus varios, varietque abundanteis nihil laborantibus, nobis autem aut vix, aut ne vix quidem, ſuppētunt multo labore quærentibus nec tamen ullo modo ſummum pacudi bonum, & bominis, idem mihi videtur poſſe. quid enim tanto opus eſt inſtrumento in optimis artibus comparandis, quid tanto concuſſu honeſtiſſimorum ſtudioſorum, tanto virtutum concuſſu, ſi ea nullam ad aliam rem, niſi ad voluptatem concuſſantur? ut, ſi Xerxes, cum tantis claſſibus, tantisque equeſtribus, & pedeſtribus, copiis, Hellesponto juncto, & Athone perſoſo, maria ambulaviſſet, terramque navigaviſſet, ſi, cum tanto impetu in Græciam veniſſet, cauſam ejus quis ex eo quæreret, tantarum copiarum, tantique belli, & moſe auſerret ex Hymetto voluſſi diceret, certè ſine cauſa videretur tanta conatus: ſic nos ſapiente m. plurimis, & grauiſſimis artibus, atque virtutibus inſtructum, & ornatum, non, ut illum, maria pedibus paragrancem, claſſibus monteis, ſed omne cœlum, totamque cum uniuerſo mari terram mentè complexum, voluptatem petere ſi dicemus, melius cauſa dicemus tanta molitum: ad ALTIORA QUARDA, & magnificentiore, mihi crede, Torquate, nati ſumus: nec id ex animi ſolius partibus, in quibus in eſt memoria rerum innumerabiliſſim, & virtz quidem infinita, in eſt conſeclura conſequentium, non multum à diuinatione differens, in eſt moderator cupiditatis pudor, in eſt ad humanam ſocietatem juſtitiz fida cuſtodia: in eſt in perpetuendis laboribus ad eundis que periculis ſirma, & ſtabilis doloris, mortis que contemptio. ergo hæc in animis: tu autem etiam membra ipſa ſenſusque conſidera: qui tibi ut reliquæ corporis partes, non comites ſolum virtutum, ſed miniſtri etiam videbuntur. quid, ſi in ipſo corpore multa voluptati proponenda ſunt, ut vires, validudo, velocitas, pulchritudo? quid tandem in animis cenſes? in quibus doctiſſimi illi veteres in eſt quidquam caeſte & diuinum putauerunt. quòd ſi eſt in voluptate ſummum bonum (ut dicitis), optabile eſſet, in voluptate maxima, nullo inter vallo interjeſto, dies, nocteſque vecari, cum omnes ſenſus dulcedine omni quaſi perſuſi mouerentur. QVIS ES R autem dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit eſſe in iſto genere voluptatis? Cyrenaici quidem non recuſant, veſtri hæc vecundius: illi fortaiſſe conſtantius. Sed Iultermus animo non has maximas arteis, quibus qui carebant, inerteis à maioribus nominabantur: ſed quæro, num exiſtites, non dico Homerum, Archilochum, Pindarum, ſed Phidiam, Polycletum, Zeuxin, ad voluptates arteis ſuas direxiſſe? Ergo opitex & plus ſibi proponet ad formarum, quam civis excellens ad factorum pulchritudinem? quæ autem eſt alia cauſa erroris tanti, tam longe, late que diffuſi, niſi quod is, qui voluptatem ſummum bonum eſſe decernit, non cum ea parte animi, in qua in eſt

ratio, atque conſilium, ſed cum cupiditate, id eſt, cum animi leviſſima parte deliberat? quæro enim de te: ſi ſunt dii, ut vos etiam putatis, qui poſſunt eſſe beati, cum voluptates corpore percipere non poſſint? ut ſi ſine eo genere voluptatis beati ſunt, cur ſimilem animi uſum in ſapiente eſſe noſtis? Lege laudationes, Torquate, non eorum, qui ſunt ab Homero laudati, non Cyri, non Ageſilai, non Ariſtidis, non Themiftoclis, non Philippi, non Alexandri: lege noſtrorum hominum, lege veſtræ familiz: neminem videbis ita laudatum ut arteſes callidius comparandum voluptatum diceretur. & non eſt eſt eſt monumentorum id ſignificant, velut hoc ad portam? & UNO ORRE CUI PLURIMAE CONSENTIUNT GENES, POPULI PRIMARIUM FUIſſE VIRUM. Idne conſenſiſſe de Calatino plurimas genteis arbitramur, primarium populi fuiſſe, quòd præſtantiſſimus fuiſſet in conſiciendis voluptatibus? Ergo in iis adoleſcentibus bonam eſſe dicemus, & magnam indolem, quos ſuis commodis inferuituros, & quidquid ipſis expediat, facturos arbitramur? nonne videmus, quanta perturbatio rerum omnium conſeclatur? quanta conſulio? tollitur beneficium: tollitur gratia: quæ ſunt vincula concordiz. nec enim, ſi tuam ob cauſam cuiquam commodè, beneficium illud habendum eſt, ſed ſanctio: nec gratia deberi videtur ei, qui ſuam ob cauſam commodaverit. Maxime verò virtutes jacere omnes necelle eſt, voluptate dominante ſunt etiam turpitudines plurimæ, quæ 7 niſi honeſtas natura plurimum valeat, cur non cadant in ſapientem, non eſt facile defendere. AC, ne plura complectar (ſunt enim innumerabilia) bene laudata virtus voluptati aditu intercludat necelle eſt, quod jam à me exiſtente molit, tu intropice in mentem tuam ipſe: eamque omni cogitatione pertractans, percunctare ipſe te, perpetuè in malis & voluptatibus perfruens, in ea, quam ſæpe uſu pabas, tranquillitate degere omnem ætatem ſine dolore, aſſumo etiam illo, quod vos quidem ad jungere ſoletis, ſed fieri non poſſe, ſine doloris metu: an, cum de omnibus genteis optimè mererere, cum opem indigentibus, ſaluemque ferres, vel Herculis perpeti ætumnas, ſic enim majores noſtri labores non fugiendos, triſtiſſimo tamen verbo arummas etiam in deo nominaverunt. & Exigerem ex te, cogere inque, ut reſponderes, niſi vererere, ne Herculem ipſam ea, quæ pro ſalute gentium ſummo labore geſiſſet, voluptatis cauſa geſiſſe diceres. (xx) Quæ cum dixiſſem. Habeo, inquit Torquatus, ad quos iſta referã: & quæquam aliquid ipſe poteram, tamen invenire malo paratioris familiaris noſtros. (xxi) Credo Syronẽ dicitis, & Philodenũ, cum optimos viros, tum doctiſſimos homines. (xx) Recte, inquit, intelligis. (xx) Age ſanè, inquam: ſed erat æquus, Triarium aliquid de noſtra diſſenſione judicare. (xx) Immo, inquit aridens, iniquum, hæc quidem de te, tu enim iſta ſentis: hic Stoicorum more nos verat. (aaa) Tum Triarius, Poſthæc quidem, inquit, audeo ſic hæc ipſa mihi erunt in promptu, quæ modo audivi: nec ante aggrediar, quam te ab iſtis, quos dicitis, inſtructum videro. Quæ cum eſſent dicta, ſerem fecimus & ambulandi, & diſputandi,

Zzz 2

M. Tvl-

1. Athene perſoſo. Sic noſtrum tres; ceteri accedunt valg. Athene.
2. Moſe auſerret. Haud aliter conſeclerat P. Manutius, roſtãt quo in Pal. pr. publi. cati antea eſſe re.
3. Vita quidam inſoſita. Palidem videtur habere, io te quidem.
4. Plus ſibi proponit. Pal. apponit.
5. Non eſt eſt innumerabiliſſim. Pal. lex. vulgã.
6. Uno ore cui plurimæ conſentunt. Leſſio minus vera. quippe Pal. pr. quart. quint. ſext. uno eum plurimæ. tert. Vos aut plurimæ. ſoc. Vos

comparimæ. Reſtituendum forſan: Unicum plurimæ conſentunt. Sed quid ſi ſub illo uno eum lateret nomen portæ aliojque? diſpiciant accuratior.

7. Niſi honeſtas natura. Pall. o. honeſta natura: quod non video cur excluſi debuerit.

8. Voluptatiſque perfruens. Sic Pall. quatuor prioribus, non perfruens ut antea edidi.

9. Exigerem ex te. Pal. pr. Exigerem, an voluit? Miſerem.